FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS DE ARTIFICIO DICENDI.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. IOAN. BAPTISTAM CAMPEGIVM Episcopum Maioricensium,

LIBER.

EIVSDEM TABVLAE ORATORIAE

In or. cic. qua gratias agit senatui post reditum.

In or. pro Milone.

In or. pro Cn. Plancio.




Cum licentia R. Vicarij Episc. ac P. Inquisitoris.

BONONIAE, Typis Alexandri Benatij. 1567.

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS,

DE ARTIFICIO DICENDI.

AD ILLVSTR. ET REVERENDISS. IOAN. BAPTISTAM CAMPEGIVM Episcopum Maioricensium.





VOD SAEPE MIHI dixisti, maximè Illustriss. et Nobiliss. uir, ante septē annos cum Patauium post Lazari Bonamici mortem à Senatu Veneto, ut eundem tenerem in Academia locum, fuissem missus, relicto altero, quem Venetijs triennio obtinueram, postquàm publicè ob ingrauescentem ætatem Egnatius interpretari desierat, & uacatione impetrata in ocio conquiescere cœperat; magnam te cepisse uoluptatem, cum multorum sermone, & literis ad te fuisset perlatum, me non prius quicquam dicere orsum, quàm de illius præstanti uirtute, & doctrina esset à me honorificè facta mentio; non equidem miror, scio enim quàm sæpe, ob magnam beneuolentiam, qua ipsum prosequebaris, in tam præclari uiri memoriam redire soleas, à quo puer adhuc omni liberali doctrina, & Græcis, ac Latinis literis eruditus ad eloquentiam fuisti. Sed illud ego tibi uerè affirmo, mihi, cum primùm suggestum illum, in quo frequentissima schola tum de literis erat disserendum, conscendi, statim mihi in mentem uenisse Lazari Bonamici singularem uirtutem, obseruari'que cepisse animo illius eximiam doctrinam, & eloquentiam, quæ ex multarum artium, & disciplinarum, quæ literis continentur, quibus erat ornatus, cognitio-

ne efflorefcebat. Quare ancipiti cura diſtrahebar; ſi enim de illius uirtute loqui uellem, mihi prætermittenda erant, quæ dicere tunc ſtatueram alijs de rebus; ſi autem de illo ſermonem, ad quem me ipſa cogitatio, & amor erga ipſum ſingularis impellebat, non haberem, uerebar, ne mihi propemodum inſenſos redderem ſanctiſsimi illius ſenis manes. Nam uiros bonos, & doctos, qui cum laude uixe runt, ſi quis eſt mortuis ſenſus, credibile eſt maximè etiam poſt mor tem pro ſua incredibili uirtute, & doctrina uelle laudari; & quamuis ab alijs ante fuiſſet ſatis laudatus, neque opus erat longum de ea re tunc ſermonem inſtituere; multa tamen dixi, ſed illud in primis, nec ſine maximo gemitu, eo anno duo bonarum literarum, & eloquentiæ lumina extincta fuiſſe; pari enim fato, & Bonamicus Patauij, & Romulus Amaſæus Romæ eodem anno interierant; uterque laudatus, uterque doctus, uterque eloquens, uterque clarus, qui dum in hac uita fuerunt, uterque docendo, alter etiam ſcribendo multum mortalibus prodeſſe ſtuduit, at ſanè præclarorum uirorum mors, etiam ſi ſatis diu uixerunt, ſolet acerba uideri, propterea quòd extingui ueluti quoddam lumen putamus; lucent enim & de ſuo lumine cæteris lumen accendunt; digniſsimi certè, ſi id humana natura pateretur, immortalitate. Nullus adeò ferus, ac ferreus fuit, nec tàm à politioribus literis alienus, qui horum uirorum caſum non iniquo tulerit animo; quum ſcirent paucos inueniri ſingulis ætatibus, qui ſua doctrina cæteris iter ſciendi, & eloquendi præmonſtrare poſſint; Sementem uterque fecerat ſuæ uirtutis, & eruditionis; quotuſquiſque.n. eſt in Italia; ſed quid in Italia dixi? imò in toto terrarum orbe, appetens bonarum artium, qui non ex illorum fontibus hauſerit? quantò autem magis recens erat illorum mors, tantò etiam magis confidebam auditores ea, quæ dicturus eram, probaturos. Non alienum autē à re propoſita fuerit, ſi altius repetens tibi expoſuero omnia, quæ tunc à me dicta fuerunt. propius enim attingunt diſputationes has noſtras, quas ad te in præſentia mitto de artificio dicendi. Ex eo poſt quam neſcio quo malo fato bonarum artium, ac diſciplinarum diſiunctio facta eſt, lucri'que cupiditate adducti homines compendium quæſiuerunt, etiam eloquentia negligi cœpit, & quantū labori, tantum etiam nitori detractū fuit. Sæpe'que mihi in mentem uenit admirari, cur homines parui laboris deuitandi cauſa, tantam uaſtitatem eloquentiæ, & bonarum artium fieri paſ

ſi ſunt

si sunt. Palæstritæ qui optimo cum esset corporis habitu, maximis uiribus florebat, facie'que, & coloris bonitate erat uenustus, uitio dari cœpit color ille, quòd magis fœminas deceret, quàm uiros fortes. efficere studuit aliquantò post, ut si posset, colorem deperderet. Quid multis? deperijt color, pallere cœpit, deficiente'que paulatim suco, languere; quare & uires amissæ. Quid huic tu facias? qui dum sibi patitur persuaderi, colorem parum esse uirilem, neque intelligit hunc ex suco, sanguine'que corporis bene ualentis diffundi, ex quo itidem uigor, robur'que totum, penè interijt paulatim elanguescens? Hæc, quæ de Palæstrita narrantur, quorsum spectant? Nimirum ad id, de quo loquimur. Qui profitebantur olim artes, ac disciplinas, quæ literis continentur, omnes purè, emendate'que loquebantur, ipsorum'que oratio neruorum erat plena, lacertosa, ac decens. Disiungi cœpit à cognitione rerum eloquentia, eneruatæ tunc, & sine ui ulla cœperunt esse disciplinæ culpa eorum, qui turpe sibi putabant uerborum colores adhibere rebus explicandis. Sic eloquentia à barbarie pulsa suis finibus. Magnum uerò postea nostra memoria certamen ortum pro hac in regnum suum reducenda. Periti utrinque duces, ingenio & arte præstantes. sæpius pugnatum. uictoria diu incerta fuit. Ad pactiones deuentum. Iniqua uidebatur nostrorum postulatio, ut Ciceronis auctoritati omnes parerent, ex eius'que præscripto loquerentur. durum illi nimis dicebant, imperata unius facere. Rursus igitur ad certamen deuentum, & multo sanè acrius: nam asperrimis odijs utrinque res gerebatur, neque conuitiorum ullo genere abstinuerunt, clamor utrinque, magnæ illusiones, multi cachinni, ut & tu meminisse potes. Hi illos incultos, agrestes, horridos uocare. Illi hos morosulos, delicatulos, parum uiriles. Induciæ factæ, & arbitris res mandata. Eò inclinare res uidebatur, ut intra fori, theatri, & curiæ fines se iactaret eloquentia, illud'que regnum suum agnosceret. barbaries in scholis regnaret, & disciplinarum imperium obtineret. Multi ex nostris sententiam approbarunt: magna pars reclamare, & ab ea sententia prouocare. nolle enim, quod maiorum sudore, & labore imperium fuerat partum, tàm turpiter amittere; transfugæ quamplurimi è nostris in illorum castra profecti; pauci illorum ad nos. Exploratores eidem cursitare huc, & illuc. hi referre illos ad inopiam redactos esse, magnam'que spem esse, ut se dederent, meros esse illorum sonitus, & clamores; parum esse neruorum, ac uirium;

Illi narrare hos in magnis ſordibus eſſe, fore'que paulò poſt ut ab omnibus contẽnantur ob deſidiam; lutulentos, ſpurcos, turpes, ne phocas quidem, cum in litore ſunt, fœtidiores eſſe. Hæc ita utrinque iactata ſæpius. Sat ſcio Nobiliſſ. CAMPEGI *te intelligere quorſum hæc mea ſpectat oratio; notæ enim tibi ſunt concertationes à barbaris contra eos, qui politiores literas ſequuntur, ſuſceptæ; nec ignoras, quantum in uindicandis bonis artibus à barbarie laborarint Bẽbus, & Sadolettus Cardd. Lazarus Bonamicus, Romulus Amaſæus, Bart. Riccius, & alij quàmplurimi. Ego nouam quandam excogitaui rationem, qua lis & controuerſia omnis tolli mihi poſſe uidetur: nam philoſophis relinquo ſua uocabula, quæ ipſi ſibi effinxerunt: nec requiro (ἀδύνατον enim eſt) ut ijs non utantur pro ſuo arbitratu, quando rem exquiſitè, & apertè, de qua loquuntur, explicant; aut poſtulo ut alia modo ſcribant, pluribus'q; uerbis ex Cicerone deſumptis proferant, quod unico uerbo ipſi proferre ſolent: nec ornamenta peto, ut adhibeant ullius generis; tantùm ſuadeo, ut ſermo, qui eſt inter uocabula illa artium, & ſcientiarum interiectus, purus ſit, nec aleat popularem, quo nunc uulgò utuntur homines aut in Italia, aut in Germania, aut in Gallia; ſed Romani illius ueteris elegantioris formas habeat; Hoc ſi mihi non conceſſerint, non uideo, quare ſtulti, & impudentes appellari non poſſint, aut debeant. Huc igitur ſpectat prima hæc, & altera, quæ ſequitur, diſputatio. nam materie diſtincta, quæ cadit in ſermonem; attribuo unicuique ſuas formas, quibus ſuum effingat dicendi genus, quot'que ſint demonſtro. Et quoniam oratorius ſermo plures habet formas, quàm reliqui, tres in primis, quibus omnis elegantia continetur, Fig. ſent. Fig. uerborum, & ſtructuræ. præterea & numeros, in tertia diſputatione oſtendo temere hæc non adhiberi ornamenta, ſed, cum habeant inter ſe cognationem, aptè iungi debere. Et quia de Fig. ſententiarum, & uerborum quàmplurimi ex ueteribus locuti ſunt, ac quidem diuerſa ratione; plurimum laboro in quarta diſputatione, ut oſtendam, quid quiſque dixerit, quo conueniant inter ſe, & in quo non conſentiant; & quia ars dicendi tàm aptè ſuis partibus conſtat, ut omnes inter ſe analogiam, & cognationem habeant: etiam inter locos Topicos, quos communes appellat Ariſtoteles, & figuras ſententiarum, uerborum, & ſtructuræ eam eſſe demonſtraui, & quoniam confusè traditæ ſunt, cenſuram appoſui, ut dignoſci poſſint, quæ ad uerba, & ſtru-*

& structuram, quæ ad sententias spectent, & quidem separatim diiudicaui omnes, quæ uel à Rutilio, uel à Quintiliano, uel à Rufiniano, uel ab Aquila exposita fuerunt, & quia Cic. in or. ipsas adumbrauit tantùm quibusdam delineamentis circumscribendo, conatus sum explicare, quæ nomina illis descriptionibus adaptari debeant, & quia fig. non uno nomine dictæ, ne ulla esset posthac confusio, atque facilius cernerentur; tabulam confeci, atque suis ueluti cancellis singula disclusa collocaui è regione; & quia in arte demonstranda Figuras structuræ sæpe appello, & separo à Figuris uerborum, quare id sit à me factum, ne cui nouum uideretur, testimonio ueterum probaui iure factum. & quia ueteres sine certo ordine nobis tradiderunt figuras sententiar. ego animaduertens eas ortas esse ex natura affectionum, singulas redegi ad suas affectiones; & quæ quibus affectionibus seruiant ostendi; enumerando, & perpendendo eas, quæ à Rufiniano, Quintiliano, & alijs declaratæ fuerunt; ut sint earum ueluti classes quædam à me constitutæ pro ratione ipsarum (ut dixi) perturbationum. & quia sermo oratorius, qui prius exposita omnia recipit ornamenta, habet multa communia cum poetico sermone, nam & ipse utitur illis ornamentis; necesse fuit ut explicarem præter illa communia quid haberet, quo differret ab oratorio. descripsi igitur sermonem poeticum totum, & contuli cum oratorio, sic enim facilè res diiudicari potest. & quoniam sermo oratorius locupletatur, quatenus res inde sumit, ex philosophico; excogitaui rationem qua redigi possit sermo philosophorum, præsertim moralis (nam is in primis ad oratorem spectat) ad oratorium; & quia artificium totum ego F. sententiarum, loco Topico, & Enthymemate. F. uerborum, Fig. structuræ, & numeris constare dixi, atque ita orationes ueterum explicandas puto, ut singula, quæ dixi, suis locis ostendantur inter se aptè coniuncta, & cognationẽ illam, de qua locutus sum, habentia; non sine causa me id fecisse nequis crederet, ex Ciceronis, Demetrij, & Hermogenis præscripto me id fecisse ostendi, confectis eodem modo tabulis, in quibus omnia eo ordine collocata cerni possunt. & quia poeticus sermo multa, ut dixi, communia habet cum oratorio, nonnulla etiam propria, quomodo idem ordo in explicando poetarum artificio seruari, & tabulæ confici possint tùm ex præceptis Hermogenis, tùm Aristotelis demonstraui; Horatii oden unam explicando, ut sit exem-

plum, & norma ueluti quædam ad alia poetarum ſcripta perpendenda: & ſermonis poetici artificium cognoſcendum. & quoniam dialecticus probat argumentando, ſicuti orator, quid differret ſermo ipſius ab oratorio fuit demonſtrandum, quid'que cum Dialectico commune haberet orator, quid'ue non, dicendum: ſimul'que declarandum quàm latè pateat ſermonis oratorii uſus, nam & conſolationi, & cómendationi, et hortationi, & reprehenſioni, alijs'que omnibus generibus priuati ſermonis inſeruit. Et quoniam ſermo oratorius ortum habet ex intimis affectionibus animi, eſt enim pathe ticus, & moratus, de concipiendis rerum imaginibus diſputaui, quia inde naſcitur omnis ſermo oratorum, & poetarum, ſic utriuſque cauſa ſermonis, & quidem naturalis eſt demonſtrata. Origine ſermonis oratorij declarata, fuit neceſſariò totum illius artificium declarandum, eſt enim totus ex enthymematis confectus; nec unquam niſi enthymematicè loquitur orator; ſed quia enthymemata ſimplicia non ſunt, ſed inuoluta affectibus, quàm multa requirantur ad iſtud genus enthymematici ſermonis conficiendum expoſui; ut quot in orationibus ueterum eſſent perquirenda ſciri poſſet. Ac ne fruſtra hæc omnia eſſent à me dicta, fuit neceſſe, ut demonſtrarem rem ita ſe habere; quare orationes Ciceronis tres; unam, in qua gratias agit ſenatui; duas iudiciales expendi diligenter, & redegi ad artificium, ſimul'que (quod ante declaraueram) tabulas cófeci, in quibus omnia ſuis locis diſpoſita cernútur. Habes Nobiliſs. CAMPEGI *ſummam, & ordinem omnium noſtrarum diſputationum, quas hoc libro deſcriptas ad te mitto; intelligis'que non temerè ita à me fuiſſe diſpoſitas; Tu qui multum iudicio uales ſi eas probaueris, non diffido etiam cæteris probari poſſe; erunt quidem certè, qualeſcunque ſunt, teſtimonio apud poſteros meæ erga te obſeruantiæ. De artificio igitur dicédi cum ſim uerba facturus in hoc libro. primùm quæ ſit eloquentia, quam quærimus, & qualis, & quàm neceſſaria non ijs modò, qui in foro uerſantur, ſed etiam omnibus illis, qui diſciplinis ueterum, quæ literis traditæ ſunt, operam nauant dicendum. Definitio igitur hæc eſto.*

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS.

DISPVTATIO PRIMA.

DE MATERIE, Ex qua constat sermo, tùm Oratorius, & Poeticus, tùm philosophicus, & alij omnes.



LOQVENTIA *est facultas naturalis in animo exprimendi uerbis ea, quæ mente concepimus, ab arte, & exercitatione adiuta pro ratione rerum subiectarum; & forma quadam ipsius sermonis, uel continuati, uel interpollati, partim accommodata ad popularem loquendi usum, partim ab eo remota, utilis ad docendum, & persuadendum. Hæc ita se habere quis dubitet, si perpendat qualis sit ea, quæ huic contraria est, infantia? quæ sic definiri potest. Infantia est impotentia quædam naturalis in animo, non exprimendi uerbis aptè ea, quæ mente concepimus, ab arte, & exercitatione deserta, nihil idonei proferens pro ratione rerum subiectarum, & forma quadam ipsius sermonis, seu continuati, seu interpollati, quæ neque illa, quæ ab eo remota sunt aptè tractare potest, neque ad docendum, neque ad persuadendum. Nascentes homines, seu id beneficio Dei Opt. Max. seu naturæ ui, & necessitate quadam diuersam naturam sortiuntur.*

Hinc Homerus { οὔπω γὰρ πάντεσσι θεοὶ χαρίεντα διδοῦσιν
Ανδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτ᾽ ἂρ φρένας, οὔτ᾽ ἀγορητὺν
Ἄλλος μὲν γὰρ τ᾽ εἶδος. *& quæ sequuntur.*

Existit igitur in ipsis uaria quædam facultas efficiendi tùm hoc, tùm illud, sicuti & patiendi. Atque ea sanè duplicem ueteres sapientes esse deprehenderunt. Alteram quidem efficiendi rem quouis modo, alteram efficiendi rectè. Quilibet homo saltat. saltandi enim facultatem est à natura adeptus. Quilibet canit, hoc enim naturæ munus est. Quilibet contorquet lapidem, ac sagittam. Quid ni? uires enim cuiuis suppetunt ad id efficiendum, itidem, & citharam pulsat. At Pylades histrio rectè saltat, Tigellius rectè ca-

nit, Hercules sagitta, & arcu rectè utitur. Sic dici etiam potest, loquuntur quidem omnes mortales, ac ratiocinantur, id enim ipsorum proprium est, ideoq; homines uocantur. At non omnes rectè loquuntur, non omnes prudenter, non omnes ordinatè, non omnes grauiter. Pericles, Alcibiades. Cicero, Hortensius, aptè, & grauiter. Quid igitur? hoc accessit ad illud, ipsorum seu industria, seu natura quadam, non simpliciter tamen, sed etiam rectè patiendi. Ex topho, qui lapis est scaber, ex trunco ficulno Mercurius effingitur scalpro. rudis sanè, quidni? uultus, manus leuorem non habent, uenas non ostentant crura, nec lacerti toros, nec cincinnos caput, nec nodum impliciti crines. Quid mirum? tophus, & lignum haec non recipiunt ob scabritiem, recipiunt tamen aliqua ex parte, dignoscitur enim homo ne sit. Pictores refert Aelianus olim tam rudeis fuisse, ut picturae subscriberent nomen aut hominis, aut leonis, ut dignosceretur à spectantibus. Marmor parium, quod leue est, & lucens, rectè patiendi facultatem habet. pulcherrimae igitur imagines, & quàm simillimae uiuentibus, ac tantùm non spirantes, & loquentes ex eo effinguntur. Da mihi aliquem natura rudem, quem effingam ad eloquentiam, loquetur ille quidem, at non rectè loquetur, quia facultatem illam τοῦ εὖ πάσχειν non habet. At, & loqui, & ipsum rectè loqui ex facultate homini insita proficiscitur? utique, & eadem sanè hoc uno differt, quod illa ad rectè patiendum erat apta, haec non erat, sed ad patiendum tantum. ἀπλῶς. Scribendi rectè (inquit Horatius) sapere est, & principium, & fons. Nimirum prudenter? designauit enim facultatem τοῦ εὖ πάσχειν, quae cum rectè est passa, tum aptè, & rectè agit. Ea, quae simplex est, facultas non patitur. Agit igitur quidem, sed non aptè, aut rectè agit. Atqui haec sunt, quae malos poetas à bonis, philosophos peritos ab imperitis, oratores malos à disertis, uulgus denique ipsum à sapiẽtibus distinguunt. Sicuti ager Campanus ab Arpinati differt, atque hic laudabilior illo. hic enim rectè gignendi facultatem habet. ille, etiam si eodem labore colatur, gignit quidem (hoc enim est agrorum proprium) at non rectè gignit. Ac sanè haec facultas rectè patiendi, male etiam ex aequo patitur, si quis eam in rebus malis perdiscendis adhibuerit. Quid enim tu, aut quantum tribuas malo poetae, qui lutulentus fluat, & stans pede in uno centum malè compositos eructet uersus? Quòd si mihi optio detur, malim facultatem τὴν ἀπλῶς. hoc est potius non pingere, quam malè pingere. quis enim non cupiat infans esse, et indisertus potius, quàm prauè eloquens? Haec autem naturalis facultas loquendi ab arte plurimum, ab exercitatione etiam multum adiuuatur; et ars quidem est, quae certam rationem agendi praescribit; exercitatio autem

est

est frequens actio ad continuandam motionem partium dissimilium inter se situm habentium; & ars quidem præuia exercitationi. Sicuti aurigæ in stadio se exercent, ac frequenter torquent, & retorquent equos habenis, donec celeriter, cum ad metas peruenerint, id agant, ut eas uitent. Id ipsum cernere est in natantibus. certa enim quædam ratio natandi est, mouendi scilicet crura, pedes, & brachia, ut se in aquis corpus sustentet. At nisi accedat exercitatio, celeriter id, & continuatè fieri non potest. In pulsantibus quoque citharã certa est ratio, hanc post illam chordam, bis eandem, ter alteram pulsandi. In nauticis certa itidem ratio est, quæ præscribit modò hunc, modò illum funem intendi, aut remitti, si uel hac, uel illac urgeat uentus. Id nisi celeriter fiat, inutilis est ars. Verùm de arte, & exercitatione alius erit dicendi locus. nunc persequar reliqua. Diximus Eloquentiam esse facultatem naturalem exprimendi uerbis ea, quæ mente concepimus, & eam quidem ab arte, & exercitatione adiuuari: Profert autem hæc ipsa eloquentia uerborum genus, non quoduis, sed pro ratione rerum subiectarum, de quibus loquitur. Sed cùm res subiectæ uariæ, multiplicesq; sint, formas etiam loquendi diuersas inde enasci necesse est. Omnis enim uarietas sermonis, aut ex materia, aut ex formà desumitur, & quia ego primus hasce formas nominare cœpi, declaro quales sint. Non secus ac, cum corpora sese tangunt, fit superficies una, cum diuiduntur, duæ, aut tres, uel plures. Aut cum hoc, & hoc, uel illo se contingunt modo, formà, habitusq; superficiei diuersus existit. Materies hæc in longum secari uult, hæc in latum, hæc in laminas extendi, hæc in parteis solidas diuidi, alia in tessellas aptari, hæc in circulum inflecti potest, hæc ad obliquam, illa ad rectam formam aptior. Sicutiq; faber lignarius arborum quàm plurima genera congerit, & congesta digerit, hocq; genus ad lecticam, illud ad trabes, hoc ad tabulata, alterum ad arcas, illud ad carinas nauium, aliud ad remos pro genere, & natura materiei, aliud ad quoduis instrumenti genus adaptat. Sic artifex conficiendi sermonis materiem uerborum, quasi lignorum, ex quibus opus suum conficit, seligit, ac internoscit, aspera, leuia, mollia, dura, scabra, breuia, longa atque postea accommodat ad exprimendas res, quæ uel hoc, uel illo genere aptius describi possunt. Formæ uerò orationis plurimæ sunt, quas aut figuras, aut habitus quosdam uocare possumus, quibus conuestita prodire solet, modò uiriliter, modò muliebriter agens, modò fucata, modò sine fucis. & forma sæpe formæ superinduecitur, sicuti tunicæ toga. Non secus, ac lignum, quod in effigiem auratam Dei alicuius scalpi debet, necesse est, ut in plurimorum artificum manus deueniat, lignarij primum, à quo dolatur,

mox eum dolatum fuerit deferatur ad sculptorem, mox à sculptore ad aurificem, qui ipsum inauret, mox ad pictorem, qui aliquot loca prætermissa ab aurifice coloret, & pigmenta inducat. Eadem imaguncula à cinifione, seu cinerario aliquo, capillis ornari poterit, et cincinnis. Ex his, quæ à me dicta sunt, patet & materiem, & formas sermonis esse diuersas. De materie igitur primùm, mox de formis, et earum genere, ac numero dicendum; sic enim qualis eloquentia sit cognoscemus. nec uerò ab alijs dicta nunc repeto, sed à me primùm excogitata in medium affero. Planè enim miserum esse illum semper existimaui, ac ingenio prorsus sterili, qui nihil potest per se excogitare. Neque enim putandum est, ueteres aut omnia dixisse, aut eo ordine, quo oportet, singula explicasse, in hac præsertim arte dicendi, quam nos profitemur. Sed iam rem ipsam aggredior, ac perquiro, quot sint hominum loquentium, ac scribẽtium genera, sic enim patebit & qualis, quamq; uaria sit materia; postremò & formæ quot, & quales. DVAS *ego classeis scribentium, ac loquentium, non plureis constitui posse uideo. Alteram quidem eorum, qui de arte, & disciplina aliqua loquuntur, aut scribunt. Alteram illorum, qui de actionibus hisce, humanis, quæ sunt præter artem, ac disciplinam, uerba faciũt. In priore classe ego statuo philosophos, medicos, dialecticos, astrologos, geometras, Iurisconsultos, theologos, Rhetores, Architectos etiam ipsos, & pictores, reliquosq; omneis artifices, si modò de arte scribunt sua. Nec prætereo eos, qui de ponderibus, de mensuris, de re rustica etiam scripserunt, aut scripturi sunt. In altera classe ego colloco oratores, & poetas, neminem præter hos. Quid de historicis? eos ego tum in hac, tum in illa classe constituo, quòd aliquando etiam quale sit, suo loco copiosè explicabimus. Ac ne quis putet hæc nunc primùm à me fingi, is sciat uelim ex Arist. Rh. libro primo, & Topicorum itidem libro primo, talem distributionem me desumpsisse. Vtrunq; igitur genus tum quod priori classe, tum quòd altera constituitur, eloquentiam sectatur. Nimirum, sed pro ratione rerum sibi subiectarum, aliæ enim magis ornari uolunt, quàm aliæ. Omnis autem ornatus ex formis proficiscitur, in quas materies, ut ornetur, transfunditur. Quò maior ornatus igitur, eò plures formæ. quò minus ornamentorũ requiritur, eò pauciores etiam formæ sint necesse est. Is sermo, qui de actionibus humanis habetur, quæ præter artem sunt, & disciplinam, plureis habet formas. Alter qui de artibus est, & disciplinis, aliquantò pauciores, sed easdem. Plures igitur formas habet orator, & poeta, quàm alij. Quidni? plus enim ornamentorum uterque habere uult. De his formis mihi nunc propositum erat tantùm loqui, in quas suum sermonem transfundunt philosophi,*

Iuriſconſulti, & omnes, qui diſciplinas tractant. Sed quoniam ſermonis horum formas intelligere non poſſumus quales ſint, ac quo ordine ſe habeant, ſi prius formas eorum non enumerauerimus, qui plura ornamenta quærunt. Neceſſe eſt ut primùm breuiter de formis agamus poetici, & oratorij ſermonis, ut detractis ab his, illis, quas oportet, & quo ordine oportet, formis, aptius enumeremus quot ſint illæ, quæ philoſophis, & Iureconſultis relinquantur. Oratores non dubitant, quin ſe eloquentes eſſe oporteat, poetæ quoque id certò ſciunt. Sed philoſophi ambigunt, ambigunt Iureconſulti. Vnum eſt, in quo hæſitant oratores, & poetæ, quibus diſciplinis inſtrui debeant, an ijſdem, quibus cæteri, quòd ſi ijſdem, an eo modo, quo illi loqui debeant. Hinc enim omnis diſiunctio nata eſt. Nos ut concordes poſthac ſint, ſuum eloquendi, & ſciendi modum ſingulis præſcribemus, ut neque oratores inanes, ac inopes à philoſophis, neque philoſophi infantes, ac rudes in loquendo poſthac ab oratoribus uocentur, quod ab initio me effecturum eram pollicitus.

MATERIEM (quod à nullo ante me dictum fuit) habet ſibi ſubiectam poeta eandem, quam orator. Oratori autem omnia ſubiecta ſunt, quæcunque præter arteis, & diſciplinas, ut paulò ante dictum eſt. Sed oritur hoc loco quæſtio non contemnenda. Dictum eſt poetam habere ſubiectam materiem omnium rerum præter arteis, & diſciplinas. At dicat aliquis, poetarum ſcripta referta eſſe phyſicis, & aſtronomicis rebus, ex quo cognoſci poteſt poetam ipſum etiam pertractare ea, quæ ad arteis, et diſciplinas pertinent. O miram hominũ ſocordiam in ueritate perſpicienda. Etiam Ciceronẽ (ſi Dijs placet) non intelligunt, qui in libris de oratore tam longã inſtituit diſputationem, ut demonſtraret ius ciuile, aſtrorum cognitionem, ipſam etiam philoſophiam oratoriæ facultati inſeruire, & eius eſſe pediſſequas ueluti quaſdam, id enim ſi ſimplici quadam ratione dictum conſideres, uerum non fuerit, ſed ſi, ut nos poſtea explicabimus, interpreteris, non modo uerũ, ſed etiam neceſſarium eſſe cognoſcas; Diuerſam rationem ſecutus Ariſto. lib. Rh primo ſtatuit eos, qui Rhetoricen, ac Dialecticen alio modo, quàm δυνάμεις tractant, plurimùm falli. Quid enim opus eſt tàm impudenter ementiri in laudanda ea facultate, quam ſequaris, ut cæteris ſuam eripias laudem? Sed non de oratore ille loquebatur, ſicuti Cicero uerũ de arte dicendi, quam etiam ipſe ἐμπειρίαν uocat. Veruntamen. Si poetæ phyſicum aliquid, aut aſtronomicum inſerunt ſcriptis ſuis, ego homo non ſim, uidete quid audeam dicere. At dicat aliquis. Humida ſolſtitia. & illud. Cornibus auratis. Nonne

hæc

,, hæc astronomica sunt? At sunt & popularia; sic loquebantur nautæ et agri
,, colæ. Arcturum atque Hyadas Palinurus contemplatur, armatumq; auro:
Hæc ex peritia nautica populari desumpta sunt, non ex disciplina. Sic enim uulgò (ut dixi) nautæ loquebantur. Poetæ uerò scribentes imitantur, & exprimunt genus omne sermonis, quo uulgò homines utuntur. At nostri, dicas aliquis, non ita loquuntur neque agricolæ, neq; nautæ. Quid tu huic facias rudi, & imperito nostræ ætatis hominum generi? At Lucanus tam peritè de astris. sed si ea aliò refert, quàm ad siderum ortum, & occasum, ut ex ijs tempora dignoscantur, et ad nauticam artem non adaptat, quæ ita etiam populariter loqui solet, non satis probo. At Ouidius in libris Fast. quid tum postea? etiam Manilius, etiã Aratus. Hoc enim profitentur, nec poetæ sunt. Ergo dicas tu, nihil refert, poeta doctus sit nec ne, si philosophica, & astro-
,, nomica non tractat. Iamq; iugis summæ surgebat Lucifer idæ, et illud: nox
,, erat, & terris animalia somnus habebat, hæc populariter sunt dicta. Imperitus igitur astrorum Vergilius? nequaquam, sed tum tempus non fuit opportunum aliter loquendi. vidit Arist. lib. primo, Metaph. sub finem rem totã. Fac igitur aliquando poetam peritum esse artium omnium, ac disciplinarum, quæ literis continentur; debet tamen illud genus loquendi uitare, quo illi artifices, et homines disciplinarum periti utuntur, atque redigere ad consuetudinem communis, ac popularis sermonis, quod qua ratione confici possit, alio loco copiosè dicemus: nam & popularis sermo ad illud genus, & rursus alter ad popularem redigi potest; quod si facerent homines, & se in utroque genere exercerent, multò plureis haberemus disertos. Nunc siquis philosophiæ deditus loqui in concione, aut in senatu uelit, non habeat in promptu uerba, quæ à populo, & ab indoctis possint intelligi. Rursus senator indoctus, aut orator si à foro deueniat ad peritos disciplinarum, nõ possit ille se ad illorum aureis accommodare. Quæ res effecit omnino, ut præclaræ artes, quæ tantam cognationem habent cum eloquentia, ab ea disiungerentur. Non ex Rhetorum officinis olim docti, & eloquentes prodibant oratores, sed ex philosophorum scholis. Demosthenem certè scimus Platonis fuisse auditorem, neq; tamen quiuis in illius orationibus agnoscit formam philosophicè loquendi. Cum ille armatus, & cinctus gladio in concione staret, ac pro libertate loqueretur contra Philippum, eiusq; Duces, nimirum Platonis discipulum non agnouisset quispiam. Dij boni, quo impetu uerborum ille in Regem ferebatur? quæ fulmina? quæ tonitrua tunc illi fuere? Vidisses in concione illius ardenteis oculos, inflammatum uultum, animum dolore propè amissæ libertatis exagitatum. O uirum egregium, ò ciuem patriæ studiorum.

rum. Quàm pulchrè, quæ à Platone philosopho didicerat, ad usum fori, & curiæ traduxerat? nec sentiebat populus, qui suam nescit aliena lingua, hoc est philosophorum, locupletari, admiratur tamen. Hyperiden scimus in illa communi oratorum calamitate, postquam Pharsalum Antipater expugnarat, et minatus fuerat Atheniensibus, nisi oratores sibi omneis dederét, cum Aeginam profugisset, & ab aris Neptuni, quo supplex confugerat, à satellitibus Antipatri abreptus fuisset, dentibus linguam ipsummet sibi abscidisse, ne ciuitatis suæ arcana effari cogeretur. O constantiam uiri singularem. O admirabilem oratorem. Vnde tam constans animus? unde tam eximia uirtus? nimirum ex philosophia. Extimescebat eum Rex, & alios oratores. Cur id factum putamus? propter eloquentiam. At unde tanta ubertas, & uis dicendi, quæ Regi terrorem iniiceret? ex philosophia. Tam id mihi certum est, quam uiuere me sentio. Philosophorum ne uocibus utebantur? at populus eas non intellexisset. callebat igitur artem illam, illam præclaram, de qua paulò ante loquebar, redigendi ea, quæ à philosophis didicerant, sub quodam alio uerborum habitu ad popularem sermonē, qui in foro, & curia regnare solitus est. Deterret igitur huiusmodi uir tyrannos, quos acies interdum ferri districti non terret, cur ita? Irritat & mouet dicendi illud genus, quod tanta grauitate fertur, audientium animos, qui ut semel ad iram impulsi sunt, fortissimi fiunt. leones dixeris, non homines eos, qui pro libertate arma capiunt ab eloquente aliquo inflammati, quos non impunè quispiam lacessit. Hæc est ratio confundendi eos, qui praua dominandi libidine adducti, liberas ciuitateis in seruitutem trahere conantur. Hac una uia domari tyrannorum potentia potest. Sensit olim M. Antonius non aliunde plus periculi sibi creatum, quàm ab eloquentia Ciceronis. resident enim animi, ac flaccescunt, priusquā oratione alicuius uiri docti incitati fuerint ad spem libertatis, seu uictoriæ. Intelligebat igitur Antipater, si oratores tam præclaros, quorum oratione quotidie populus inflammabatur ad libertatem, et ad odium Regis, sibi dederentur, non defuturos Atheniensibus, qui libertatis custodes cum essent, ad arma contra tyrannorum insidias conclamarent, & suos ciues ad pugnandum animosos redderent. Verùm redeo, unde eram digressus. Tantam affert utilitatem sermonis è philosophiæ, & cæterarum artium uocabulis ad ea, quibus populus utitur, traducendi ratio, & peritia. nec hoc tam facile factu uideri debet. Quàm multos enim olim maiorum nostrorum ætate fuisse, & nostra etiam esse scimus? qui si uelint in concione apud populum loqui, quamuis artium, & disciplinarum peritissimi sint, non possint? Hæc autē est illorum infantiæ causa, quòd nunquam didice

runt à disciplinis sermonem ad publicū, ac popularem loquendi modum deducere. lusciosus enim populus est, nec tam procul prospicit, hoc est artium uocabula, & disciplinarum dictiones à sapientibus inuentas, atque à materie seiunctas, & à sensu remotas non facilè intelligit. Nec uerò aliunde profectum est longum illud cordis, & linguæ dissidium, quod tollere tam multi frustra studuerunt. Nec enim inuenerant uiam, quam ego nunc ostendo, deducendi sermonem ab artibus, & disciplinis ad illud genus, quod populi & imperitorum hominum auribus inseruiat. Plato quidem unus in Gorgia id mihi uidetur perspexisse, cum hortaretur philosophos, qui se totos contemplationi addixerant, ut etiam peruulgatam hanc loquendi rationem perdiscerent; Alioqui fore, ut si quando in periculum capitis adducerentur ab aliquo accusatore, inopes consilij, ac sese tueri nescientes, quòd ad popularem loquendi consuetudinem, ac fori usum philosophorum disputationes non traduxissent unquam; ab aduersarijs malè mulctati abirent. Ad oratorium igitur, & poeticum sermonem, qui constat imitatione, (is enim uerè poeticus est) ita redigi potest sermo scientiæ alicuius, & artis proprius, idq́; ab omnibus ueteribus, qui artificiosè scripserunt, factum fuit. Cum autem philosophiæ, et artium sermonem redigi ad hunc popularem posse assero, etiam de Iurisconsultorum sermone intelligi uolo, astronomorum, theologorum, omnium denique, qui in scientijs uersantur. Nunc tu uideas ineptos homines cucullatos in suggestu, cum plebeculam, aut mulierculas instituunt, ijsdem illis uti uocabulis, quæ in scholis didicerunt ab ijs, qui scientiam mox demonstratorum docent. Volunt scilicet uideri docti pueris, fœminis, fabris, salsamentarijs, lanijs. At inquiunt, non potest aliter disciplina tractari. O socordiam igitur uestram non ferendam. Ita'ne? non potest? imò uerò potest. Nec aliter sensisse puto ipsum Ciceronem in libro de oratore primo, etsi uiam id efficiendi non monstrauit, cum suo oratori subiecisset omneis arteis, & disciplinas. Nunc aliquis se miserè torqueat in illis explicandis detonetq́; quotidie frustra oratorum arti, & eloquentiæ cæteras omneis inseruire, si hoc non perspiciat. Polliceor ego me id paulò post declaratum pro uiribus, singulis enim sua certa ratio tradenda est, mathematicis, philosophis, dialecticis, Iurisconsultis, theologis; nam medicis, architectis, & alijs nonnullis non uideo tam esse necesse, nec fortasse tam est facile factu. Verùm id dijudicabimus postea, et quid singuli efficere debeant demonstrabimus.

FRANCISCI

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS.

DISPVTATIO SECVNDA.

De formis oratorij, & poetici sermonis, itidem philosophici, & aliorum.



NTEQVAM EA, *quæ ad institutum sermonem nostrum spectat, persequor, quæ hactenus à me dicta fuerunt ad summam redigenda puto, ut quæ dicturus sum, facilius intelligantur. De materie locuti sumus subiecta Poetæ, & Oratori; probauimusq́; esse omnia, quæ artibus & disciplinis non continentur; Sed antequam de hac re agerem, pollicitus fui me de eloquentia locuturum, ac in concordiam Iurisconsultos, & Philosophos cum Oratoribus, & Poetis reducturum, ut quid sibi in eloquendo præstandum, quatenusq́; progrediendum, quilibet sciret. Id ut facerem, definiui eloquentiam, eius definitionis partes explicans, qualis facultas sit naturalis, & quibus adiumentis egeat, exposui. De arte, & exercitatione non nihil etiam dictum. Mox eloquentiam diuersa materie constare deprehendimus, formasq́; multiplices esse docuimus, & quales sint eæ formæ aperuimus. Postea cum de Iurisconsultorum, & Philosophorum materie, ac formis in primis esset dicendum; prius necesse fuit, ut de oratorum, & Poetarum materie diceremus. Diximus de utraque simul. significauimusq́; eam esse, quicquid præter artes, & disciplinas est. Quæstionem diiudicauimus, quæ obuia nobis erat inter disputandum. An in Poetis sit aliud, quod ad artem & scientiam spectat. Inde fluxit Oratio nostra eò, ut ostenderemus ad popularem loquendi sermonem scientiam omnem, ac disciplinam redigi, atque id ab Oratoribus, et Poetis factum, fieriq́; debere ab omnibus Philosophis, Iurisconsultis, ac Theologis, si quando apud populum in concione loquuntur. Dicendum nunc est de formis Oratorij, & Poetici sermonis, quot, qualesq́; sint, quoque ordine adhiberi debeant ad orationem conficiendam. Postremò*

de materie Philosophorum, & Iurisconsultorum, ipsorumq; sermonis formis, an eædem sint, an pauciores, an plures, an eodem ordine adhibeantur, ut dijudicari demum possit, qualis sit ratio loquēdi, qua hi utuntur, quidq; cōmune habeant cum illis, demptisq; nonnullis uideant, quid sibi reliquum sit. Hæc prima forma, in quam suum sermonem conijcit Poeta, est interpellatio, nam is continuatione, quæ est altera forma illi contraria, non utitur unquam, quia imitatur agentes, quasi tunc agant, aut ἁπαρἀλλάκτα etiam utitur, quomodo egerint; Quod siquis mihi obijciat esse nonnullos poetas, qui simplici ratione utuntur in narrando, quales maxime probare uidetur Plato, is uelim sciat me nunc Aristotelem sequi, qui ita sensit in libro de arte Poetica. Verum oportet, ut quales hæ formæ sint, copiosius explicemus. Ad res subiectas necessariò formæ illæ duæ, de quibus dicebamus ante, accommodantur, & earum altera dialectica dici debet, altera demonstratoria, Dialecticam formam uoco, quæ nobis sermonem exhibet intercisum collocutionibus inter se differentium, & interpellatum, ac uariatum interrogationibus, & responsionibus hominum inter se loquentium. Demonstratoria est, quæ nobis sermonem exhibet unum, continuatum, ac solidum. Plures his duabus excogitari formæ non possunt, aut enim ea, de quibus loquimur uera sunt, aut falsa, & media inter hæc probabilia. Audi quo rem deducam, si falsa audiens assentiri non potest, instat, & urget; Hinc mutuæ interrogationes, & responsiones, altera ex altera subinde enascens, atque is sermo totus integer alioqui, & continuatus futurus interpellatur, atque interrumpitur. At is, qui uera narrantem audit, non repugnat dicenti sed acquiescit, probatq; omnia, quæ audit. Quare fit, ut illius sermo minime interrumpatur, sed continuatus sit. Iam uerò qui probabilia audit, minus quidem repugnat dicenti, quàm qui audit narrantem falsa. Falsa enim repugnant non solùm hominum opinioni, sed etiam naturæ; Quare illius sermo, si de probabilibus habeatur, interrumpitur quidem, sed non tam crebrò. Interrumpitur autē sermo ταῖς ἐνστάσεσι. Quarum altera generalis est, & tollit totum, altera singularis, & partem tantùm tollit pronunciati, ut si dixeris, omnes Athenienses esse sapientes omnemq; amorem esse laudabilem. Altera dicat, non omnes Athenienses esse sapientes, neque omnem amorem laudabilem. Iam uerò omnis sermo, aut est de rebus humanis, & actionibus communibus habitus, quæ sunt præter omnem artem, & disciplinam, aut de ijs, quæ arte continentur certa, aut iam descripta à ueteribus, aut quæ describi potest; Ars uero aut iā confecta est, & sua habet pronunciata, quæ probatione non egent; Aut conficitur; si

confecta

confecta iam est, cadit aptè in formam sermonis illius, quem appellauimus solidum, ac minime interruptum, fluit.n.ex certa ratione, ac uera, cui nemo repugnare audet. Si conficitur, aut tota aut pars eius aliqua aptè deducitur in formam alterius sermonis, qui interruptus est, & uariatus ἐνστάσει, itidem interrogatione, & responsione crebra disputantium, cum perquiratur nondum nota definitio singulorum nominum & uocum, quæ artem constituant; Ea.n.definitio cum est constituta, ex ipsa arripit principium suæ probationis ueræ, (fidem n.acquisiuit iam ex definitione) & sic conficit solidum illum suum, ac minimè interruptum sermonem. Nec uerò uideas aliud ferè agere Platonem, qui ueterum definitiones refellens planè necesse fuit, ut Dialogorum forma uteretur, eos loquentes faciens. qui inter se, tum de ea re susciperent contentionem, quæ nondum erat certa, quamuis non negarim (quod apertum est) etiam alio genere sermonis refelli posse parum firmas definitiones, & ueriores constitui, quod ab Aristotele factum uidemus ubique, sed in tali sermone, dum ipse illorum sententiam recenset, & rationes; mox suas profert aduersus illos; rursusq; sibi ipse aliquid obijcit quod postea soluit; uideas uim esse, & naturam Dialogorum. Duabus igitur his formis includitur primum omne genus sermonis, qualecunque illud sit, seu Dialecticorum, seu Oratorum, seu sophistarum, seu philosophorum, seu Iureconsultorum seu poetarum. Sed quid ego singulos enumero? Pictorum, architectorum, omnium denique, qui de re aliqua loquuntur. Philosophorum sermo de natura, de motu, de cœlo, de astris, de sole de omnibus denique rebus, quæ gignuntur, aptè quidem solidam illam, & continuatam ingreditur formam, sed non prius, quàm in altera permanserit, ex qua postea transfunditur, non quidem totus, sed purgatior ille, purus putus, qui fluxit, relictis quisquilijs, ac sordibus. Verum obijciat se mihi hoc loco fortasse aliquis, dicatq;, mirari se, si uera sunt quæ paulò ante dicta fuerunt, cur oratorius sermo, qui non ex ueris, ac necessarijs, sed ex probabilibus constet, non intercisus, ac interpellatus, sicuti dialecticus, sed continuatus, sicuti demonstratorius est. At facile fuerit huic respondere. Nam Oratorij sermonis continuatio non est eiusmodi, ut debeat eadem censeri cum demõstratorij sermonis continuatione, Illa.n.ficta est; hæc naturalis. Orator.n.καὶ διὰ προσωποποιΐας utitur crebris. quasi aduersarium faciat loquentem; præterea interrogationes adhibet, subiectiones, & reliqua quæ sermonem, interrumpendum alioqui, quòd probabilis est, & parum certus, continuare solent, quando ita ferè obtinuit usus, ut continuato, ac perpetuo sermone causæ agantur separatim, tum ab accusatore, tum à reo. Di-

uersa ratio est in demonstratore, is. n. quòd principia sumit certa, nullum timet, scitq; satis suas esse munitas rationes, ideo ex natura rerum, quæ illi proposita sunt ad dicendum, talis continuatio ducitur, non ex usu aliquo, qui id, præter naturam rerum subiectarum, postulet. Verum de his satis dictum est, nunc redeo ad formas explicandas. Altera forma est secundo loco ponenda, quæ PRONVNCIATORVM est. In hanc igitur transfundit Poeta, et orator suum sermonem; sed non hi tantùm, uerum etiá reliqui omnes, qui de aliqua re loquuntur, et disserunt; nec tamen eiusdem generis pronunciata apud omnes uideas; nam philosophi uniuersalibus utuntur semper, Oratores particularibus, itidem & Poetæ, interdum tamen etiam uniuersalia sumunt. Vtile igitur fuerit hanc Formam singulorum qualis esse debeat, præscriptis quibusdam uerbis declarare.

,, Vtitur Poeta, & orator sermone enunciante, qui pronunciatis constat par-
,, ticularibus, finitis, quæ sint confecta ex materie fortuita. non iugi; ali-
,, quando etiam ea, quæ iugis, ac perennis est; Nec uero illius prununciata
,, una tantùm constant & simplici prædicatione, sed eo genere, quod multi-
,, plici coniunctione copulatur, & quamlibet ingreditur formam, seu hypo-
,, thetica, seu etiam Categorica fuerit. Præterea pronunciatis utitur uniuer-
,, salibus, sed rarò, ἐν γνώμαις tantùm. Non definitis quoq; eodem modo.

Hanc formam communem esse uolumus Poetæ, & Oratori. prorsus enim uterque eodem modo, (uti diximus) orationem suam effingit aliquid enunciantem, & significantem. Tertia forma communis, itidem utrique est ENTHYMEMATVM, seu locorũ, unde argumenta ducuntur; uterq;. n. probat, et refellit, uterq; de re proposita disceptat. Hæc autem enthymematum forma non totã recipit orationem, sed eam tantum partem, in qua probationes insunt. Docet autem Arist. lib. Rh. 3. ubi collocari debent, et rursus unde abesse probationes opus sit. Nec uerò dubitare quisquam potest, orationem enthymematicam differre ab alio orationis genere, fertur. n. cum impetu, et est aculeata, magnaq; ui uibratur in aduersarium; nec tam multa requirit uerborũ ornamenta; uirilis. n. est, et contemnit cincinnos, ac fucos. In hac autem enthymematũ, de qua loquimur, forma, quamuis per totam non protendatur orationem, omnis fere absolutio operis consistit; in primis. n. oratio probãdi uim debet habere; sed et ipsa Enthymemata postquã effecta sunt, ne rudia sint, & inculta, in aliam transfunduntur formam, quæ σχήματα continet διανοίας, & πάθη. de qua postea suo loco dicemus.

Quarta forma, quæ etiam ipsa sicuti prior non totum orationis corpus, sed partem aliquam tantum effingit, & expolit, appellatur CONNEXIO. est

est autem aliqua ex parte priori innexa. nam pronunciata aliquando simplicissima sunt, aliquando non simplicissima. In hæc, quæ non simplicissima uocantur, cadit plurimarum rerum connexio; Connexio autem magna ex parte fit qualitatis, quantitatis, relationis cum substantia; ex qua connexione existunt à Rhetoribus appellata Epitheta. Epitheton autem nihil aliud est, quam nexus alterum omnium prædicamentorum cum substantia. Vel est nexus eorum, quæ cum accidentibus suis iunguntur, ac consociantur. Nec connexionum genera plura, quam quatuor excogitari possunt. quam rem hac figura demonstrari posse uideo.



Quod semper est sociabile, non aliud est, quàm id quod Dialectici uocant necessarium. Quod autem sociabile aliquando uocamus, contingens ab illis dicitur, quæ illi in pronunciatis considerarunt. nam Epithetorum, de quibus ego nunc loquor Poetis, & Oratoribus inseruiens, nullam curam suscipiunt Dialectici. Exempla semper sociabilium hæc erunt. ut si dicas, Mel dulce, Aurum fuluum. Iam uerò exempla semper dissociabilium hæc fuerint, ut si dixeris, Mel amarum. Lac nigrum. AEthiopem album. quæ dici aliquando solent, cum ἀδύνατον aliquid significare uolumus. Sed apponenda sunt exempla etiam eorum, quæ aliquando dissociabilia diximus uocari. ea sunt huiusmodi. mare tranquillum. serenum cœlum. Vilem phaselum. Nec dissimilia his sunt illa, quæ aliquãdo sociabilia appellauimus. ut cum dicimus. Iudicem iustum. Philosophum beatum. Italum ingeniosum. Matronam pudicam. ORATORIBUS hæc forma non est communis prorsus tota nam sociabilia semper omittunt. reliqua duo genera assumunt; At dissociabile semper prætermittunt, nisi ἀδύνατον etiam ipsi aliquid, sicuti Poetæ, significare uelint, quod tamẽ raro, aut nunquàm uideas ab ipsis fieri. Post hanc, & aliam assumit formam Poeta, quæ quinta est, & IMMVTATIO appellatur, nam communem loquendi usum non sequitur, uerum uerba, & modos elocutionis immutat. Ingens uerò labor, nam multiplex est ratio, qua huiusmodi mutatio fieri solet. Nec autem ullus ex antiquis de hac sermonis mutatione locutus fuit. Mitto uulgares Rhetores; ne Aristoteles quidem in libro de Poetica arte, exquisitè scripsit, quod erat omnino necesse; Tradit

ille dictiones alias esse usitatas, alias obsoletas, modo per detractionem, modò per additionem uariatas. Praeterea Poetam uti barbarismo, & γλώττais. Nec non & de metaphora locutus est, & aenigmate; Verùm haec non satis mihi uidentur explicare certum illud loquendi genus, quo natio poetarum utitur. Aliud etiam est, quo totum artificium illius sermonis constat quod quale sit breuiter explico. Rem prorsus ita sese habere quilibet nostra haec legens affirmabit, & ueterum socordiam in re tàm necessaria explicanda admirabitur, fat scio, neque negabit posthac etiam à nostrae aetatis hominibus aliquid posse excogitari, quod prius à ueteribus non fuerit dictum. Non tam immutant uerba simplicia poetae quàm coniunctione noua effingunt nouum quoddam loquendi genus. Atque ex hac re iam cognosci potest, qualis duorum ueluti fratrum disiunctio sit in sermone, cum caeteris in rebus mira quaedam inter illos sit coniunctio. Fortunas omnes, & patrimonium commune habent; quo simùl fruuntur in eodem conuictu; sed quoniam alter, ut fit, domi semper est commoratus, non aliena, & peregrina, sed urbana, & sua loquitur lingua. Alter uerò quoniam peregrè in longinqua loca profectus est, alienam didicit linguam, nec se amplius ad populi aures accommodat; interdum tamen in theatris, ut suos oblectet, non negligit etiam popularem loquendi consuetudinem. Immutatio autem haec fit propter ἔκστασιν, et sublimitatem mentis, ut iam non meminerint se homines esse; & humano more dedidicerint loqui. Hinc nouae illae προσωποποιΐαι. Hinc illae ἀποστροφαὶ ad inanima, & ad carentia ratione animalia. Hinc ἀπορίαι, & alia quamplurima. Quale illud.

,, O nauis referent in mare; sed & ea ipsa loqui faciunt, ut Ianuam Catullus. Haec est una mutatio, quae non tàm in connexione uerborum, quàm in tota orationis forma cernitur, quae ab eo ἐκστάσεως genere proficiscitur. Iam uerò immutatio connexionis uerborum, seu formularum loquendi, fit, aut ex metaphora, aut ex circunstantijs rerum; aut ex Fabulari ratione. De Metaphora ego in praesentia nihil dicam; satis.n.ab Aristotele dictum fuit, tum in libro de arte Poetica, tùm in libro Rhet. 3. qua quicquid potuit, plura etiam fortasse, quàm oportuit, complecti conatus est. Reliqua duo genera huiusmodi sunt. Sermo ex circunstantijs ductus uariat communem, & popularem sermonem miris quibusdam modis, nec non & auget; admirabilioremq;, & iucundiorem facit.

Quis audiens illud?

,, Sunt quos curriculo puluerem olympicum

,, Collegisse iuuat, metaq; feruidis

Euitata

,, *Euitata rotis, palmaq; nobilis*
,, *Terrarum dominos euehit ad Deos.*

non oblectatur, admiraturq; simul Poetam tàm uenustè potuisse loqui? Quod si redigas ad communem loquendi modum id totum, uideas statim, quanta insit in eo amplificatio, & quomodo facta. Nimirum id dicere uult poeta; ex pugna, & uictoria olympica multos gloriam sibi summam parare. Vide hoc, quàm sit planum, quàm tritum. Iam uerò sume rem ipsam, ac contemplare, quid ante ipsam, quid in ipsa, quid post ipsam sit. Praeterea similia, contraria etiam. eodem fermè modo, quo in problemate proposito docet Aristoteles esse faciendum, in libro προτέρων ἀναλυτικῶν primo, ut propositionibus abundare possimus ad argumentandum. Res ipsae sunt, pugna Olympica, & uictoria. In pugna quadrigarum inest Currens. Locus, quà excurritur. Cursus ipse. Ex cursu puluis excitatur. Hoc autem consequitur rem, sed simul. nam (ut docet Aristoteles lib. Rhet. primo) alia consequuntur ἅμα, Alia ὕστερον. Itidem rem ipsam consequitur ἅμα hoc, quod est in cursu; Euitatio scilicet metae. at illud ὕστερον consequitur, ut rotae concalefiant, & feruescant ob celeritatem motus, et ipsam agitationem. Alterum nobis expressit Horatius pluribus uerbis; Alterum epitheto tantùm. Agedum uer appetere dicimus, seu hyemem. Idem Horatius hoc poeticè proferens ait.

,, *Diffugere niues, redeunt iam gramina campis,*
,, *Arboribusq; comae. Itidem illud.*
,, *Soluitur acris hyems grata uice ueris, & faueni & quae sequuntur.*

Non aliúnde sanè haec desumpta sunt, quàm ex genere illo, de quo diximus, circunstantiarum; à quibus, & descriptiones personarum & rerum sumi possunt, quas περιφράσεις uocant, qualis illa apud Vergilium.

,, *Misit aui similis, quae circum littora, circum*
,, *Piscosos scopulos etc. quae sequuntur.*

Fabularia illa sunt. Vulcanus ardens urit officinas;
Itidem, & illud. Sine Cerere, & Baccho friget Venus.
Praeterea, & illud. Bacchus amat colles.

Quae si redigantur ad communem loquendi consuetudinem; dicas magnum aestum esse, ex nimio potu, & cibo homines lasciuos reddi; illis demptis, frugi, ac pudicos esse. Vites in collibus aptè conseri. Rursus illud. Si neq; tibias Euterpe cohibet. hoc est. Si Poeticae liceat operam dare. Atque huiusmodi sunt, quae fabularia appellabamus, utique ex notissimis fabulis, quae in opinionem hominum receptae fuerunt, deducta. tantumq;

inter

inter se hæc loquendi genus, et superius illud, quod ex circunstantijs rerum desumi diximus, differunt, ut possint circunstantiarum formulæ in omnem linguam traduci, ac derivari; Fabularia uerò non possint, nisi quatenus recepta fuerint in opinionem, & usu quodam communi trita; id autem in paucis fieri animaduertere quiuis potest; & rationem simul, cur id fiat cognoscere. Quæret fortasse aliquis; Vnde hæc noua Robortellus, nimirum ab antiquis. Nam Mar. Cic. in eo lib. qui inscribitur Orator, ait.

„ Sed Phalereus Demetrius meo iuditio præstitit cæteris, cuius oratio cùm
„ sedatè, placideq; loquitur, tùm illustrant eam quasi stellæ quædam trala-
„ ta uerba atque immutata. Tralata ea dico. & quæ sequuntur paulò post.
„ Mutata, in quibus pro uerbo proprio subijcitur aliud, quod idem signifi-
„ cet sumptum ex re aliqua consequenti. Hunc ego locum considerans, ubi de immutatis uerbis mentio fit, quamuis duos tropos huic immutationi assignare uideatur Cicero hypallagen, & metonymian, facile adductus sum in hanc sententiam, ut crederem ad Poetas in primis totam hanc rationem uerborum immutandorũ referri. quod non tàm de uerbis dictum, quam de formula locutionum intelligi debet; & quatenus ad hanc loquendi rationem attinet. uidit sanè quædam ante me non diuersa ab his Iulius Camillus Foroiuliensis uir doctissimus, quæ ab eo populari lingua tradita sunt in libro de imitatione. Sed neque ille ex præscripto ueterum (ut nos) rem demonstrat, & Topicas locutiones appellat, quas nos ex circunstantijs deductas uocauimus; quamuis aliquot eadem circunstantiæ sint, ut eodem modo considerentur, ac inueniantur in re de qua loquimur, quomodo etiam loci ipsi τοπικοὶ appellati in problemate, de quo disserendum est, considerari, ac inueniri solent. At nostra hæc uia multò apertior est, & breuior; hoc præterea totum nostrum est quod de Fabulari ratione à nobis traditum fuit; quà quidem maxima sermonis Poetici pars conficitur, ut iam patere cuiuis potest. Hæc dicere uolui, ut nequis putaret, uelle me quenquam sua laude defraudare; & quantum hac in re mihi uendicem, omnes perspicerent. Nunc alia persequor.

RELIQVAE FORMAE, in quas postquam prædictis formis singillatim effictum, & expolitum fuit, conijcitur, & transfunditur sermonis genus tum Oratorium, tum Poeticum, quatuor sunt quas ordine enumerabimus. Figura sententiarum prima est inter has; omnis.n. sermo, qui à nobis profertur, necesse est, ut habitum ueluti quendam, & figuram præ se ferat aut simplicem, aut affectu, & perturbatione aliqua animi in flam. Quare alterum genus FIGVRARVM necesse est ut statuamus, quæ

πάθους

πάθος dicantur. At sanè talis distributio non est à ueteribus, qui de figuris scripserunt, facta, sed si artem constare uolumus, necessariò faciendam paulò post demonstrabimus; Ne enim in præsentia longius exagetur oratio nostra, & ab eo discedat, quod propositum est, multò commodius fuerit separatim de toto hoc genere figurarum postea disputare.

Tertia forma ex quatuor postremo loco enumeratis, est. FIGVRAE VERBORVM, seu structuræ, quas prioribus illis subijci, earumq; naturam sequi, aperte suo loco explicabimus, & cui quæque inseruiat dicemus. Quarta forma est, quæ continet FIGVRAS numerorum; nam etiam horum curam sustinere, tum oratorem, tum Poetam omnes sciunt; quamuis diuersa sit utriusque ratio; sed omnia hæc postea dijudicabimus, speroq; fore, ut quiuis cognoscat id, quod sæpe iã dixi, non omnia ueteres esse cõsecutos, multaq; rectius disponi posse. quam ab illis fuerint disposita; quis.n. nescit quanta confusio in illorum scriptis sit. si rem hanc, de qua loquimur, aliquis diligenter consideret? Verum de his postea, cum de omni genere figurarum disputabimus, copiose agemus. Nunc redeo ad institutum sermonem nostrum, & postquam Poetarum, & oratorum FORMAS nouem explicauimus; necesse est si nobis constare uolumus, & præstare, quod polliciti fuimus, cuius rei in primis declarandæ causa hic totus labor susceptus a nobis fuerat; ut FORMAS sermonis philosophorum, & iureconsultorum enumeremus; Nec uerò difficile fuerit, ijsdem.n. etiam illi Formis utuntur, non tamen omnibus, quia non tam studiose ornamenta quærunt, quàm aut oratores, & Poetæ, qui populi auribus inseruiunt. Demptis igitur aliquot, quæ ipsis relinqui debent Formæ, uideamus, & quantum hi ab illis distent, & quomodo philosophus ac Iureconsultus eloquens esse possit, ac debeat, quod autem de philosophis, & Iureconsultis à me dicetur, id etiam de Mathematicis, de Theologis, de Architectis, & Medicis dictum uolo; (hoc uno excepto, quod Medicorum, & Architectorum sermo ad popularem formam redigi non necesse est, quia prior se populus ad illorum aures accommodat, necessitate quadam compulsus sed hoc quale sit copiosè explicabimus, cum trademus rationem redigendi sermonis philosophorum, & aliorum, qui disciplinas à ueteribus scriptis profitentur, ad popularem loquendi consuetudinem. Nunc redeo ad rem, de qua agebamus. CVM FORMAE sermonis illius, qui ex materie illa conficitur, quæ est præter artes, ac disciplinas, ut ab initio diximus (duplex autem est tum Oratorius, tùm Poeticus) nouem sint; perquiramus quot sint Iureconsultorum, & philosophorum.

vtrum hoc cognosci non potest; si prius non fuerit à nobis dictum; qualis illorum disputationi sit subiecta materies; de hac igitur primum dicendum, & dijudicandum diligenter; quales sint Iureconsultis subiectæ res, (de illis.n.magna controuersia est) atque postremò declarandum; an eiusdem generis Materies Iureconsultorum censeri debeat; cuius generis nomine constat satis philosophorum materiem appellari: quamuis, & philosophorum non idem semper genus esse possit; cum.n.diuersas res explicet, qualis fuerit res, talem etiam materiem censeri oportet philosopho in ea disputatione uersanti subiectá. hinc uerò initium facio.

MATERIES IVRECONSVLTORVM tum ex proprijs, tum ex communibus scientiæ ipsorum ducitur principijs. Et sanè quatenus propria habet principia, & causas necessarias, ipsas scilicet Leges, & decreta principum, quæ sese aliter apud ipsos nunquam habent, et si secundum naturam aliter sese habere possunt, nam immutari illæ leges possunt, & aliter sese habent apud diuersas gentes. Sed fac eas leges seruari, atque ex ipsarum præscripto omnia dijudicari, certè principia erunt per suppositionem (utar.n.uerbo hoc, quando rem aptè explicat) necessaria facta; Quare, & conclusa fuerint necessaria. Non ita dicere possis in oratori subiecta materie; nam illa ex actionibus hominum sumitur, quæ sunt extra omnem artem, & disciplinam; neque possis, etiam si uelis, principia necessaria, ne ex suppositione quidem statuere. Nam si dicas; Omnis cruentatus peremit. hoc uerum non est; Quòd si per suppositionem. sic: Fac omnem cruentatum peremisse; tolletur disputatio oratoria ἐξ ὑποθέσεως constabit aliquem esse cruentatum, iam hominé peremisse conijceris; nam si dicas rursus tu ze mihi obijciens, ipsum illud ueniet in quæstionem; An sit cruentatus; absurdum fuerit, quod iam sensu dijudicari potest, in quæstionem probabilem uocare. Sed redeo ad rem. Iureconsultorum igitur scientia æterna est, per suppositionem principiorum; Quòd si principia, & causæ, etiam conclusa ipsa erunt necessaria. Sint bono animo Adolescentes, quicunque iuri ciuili operam dant. Præclara ea est scientia, & scientia uerè appellari potest. Vrgent hos aduersarij immutari mores hominum, immutari & leges, non esse æterna ea, circa quæ uersatur, non igitur scientiam posse stabilem esse, & diuturnam; non ita res naturales, & cœlestes se habere. Esto, quid tum postea? Tauroscythæ mactãt hospites. Bactriani senes perimunt parentes. illud religionis; hoc pietatis censetur; Leges igitur sanciantur. Quicunque plurimos hospites mactarit, ei præmia decerni debere, & alendum in prytanio, qui promptè peremerit patrem senem. Qui non peremerit ho-

b

spitem,

spitem, illum esse plectendum, qui patrem non occiderit senem, ut is exul sit, & perduellio. Respondete uos non ex hoc genere iusti uestras leges esse conflatas, quod in opinione hominum est positum; sed quod secundum naturam sese habet perfectum ab omni parte, & rectum. id si uerum est, semper idem erit iustum, nec unquam immutabitur. Quòd si ad illud genus iusti respiciunt leges, uti patet, erunt nimirum semper eædem, nec poterunt aliter unquam sese habere. Quòd si legibus interpretandis insudaret aliquis à Tyranno scriptis aliquo, is omnino operam perderet, nec .n. permanent illæ leges. Solon à Pisistrato accersitus non uenit ad urbem, quid enim Tyranno describeret leges? Scientia igitur huiusmodi legum æterna; sed quid æternam dixi? penè annua esse non potest, cum non ex iusto, quod est secundum naturam, sed ex eo, quod Tyranno uidetur iustum, sint conflatæ. Dicat igitur aliquis, qui Romanas leges didicit; non tam iuris ciuilis, & legum, quàm iustitiæ consultus. Quare Plato legem definiens mentem Dei Opt. Max. appellabat; ad illud .n genus iusti respiciebat sapientissimus uir, de quo paulò ante locutus fui. Si igitur huiusmodi iustum est, quod semper est iustum; Quid prohibet, quia statuamus Iureconsultis substratam esse materiem illam ipsam necessariam dictam; Id si uerum est; Iu-
,, reconsultus utetur sermone pronunciante uniuersali, ex materie iugi, cu-
,, ius contrarium pronunciatum semper est falsum; itidem quæ per oppositio-
,, nem negationis separantur (contradictoria uulgò appellantur; à Cic. libro
,, de Inuent. primo disparata dicta) subalterna autem uera, sed ea non uti-
,, tur unquam. Hæc est formula sermonis Iureconsultorum; quam non est necesse, ut copiosius declaremus, facile .n. quiuis, qui Aristotelis disciplinam in dialecticis perceperit, perspiciet qualia hæc sint, & quam uerè à me pro lata. Hæc igitur cum sit explicata à me materies Iureconsultorum; nunc de formis in quas suum sermonem fundit, dicendum est, ut quot, qualesq; sint cognoscamus.

Prima forma est, CONTINVATIO sermonis, instar enim Demonstratoris ex principijs suis necessariò in sese habentibus conclusa deducens docet Iureconsultus. Quòd si quando aliquis contra docentem insurgit, non quidem principijs repugnat, quæ ab eo assumpta sunt, sed ipsi perperàm assumenti aduersatur, & reclamat. Et sicuti in sermone demonstratorio aliquando in dubium uenit Medium illud, quod Demonstrationi inseruit, genuinum sit, nec ne. Sic etiam in sermone Iureconsultorum contentio oritur, an bene sese habeat definitio aliqua, ipsa .n. postea medium est in argumentatione. Hinc magni clamores illi. Hinc illa turba, dum hi clamant,

ille alteram tuetur sententiam; & quoniam sapientissime putandum est legumlatorem locutum, ipsum quidem omnes tuentur, & muniunt. Sed locus est disputandi aduersus eos, qui ipsum non probabili satis ratione tuentur, aliaq; quàm oportet prograediuntur uia. Fontes ego aperio tantarum contentionum, ut omnes uideant, quàm multis rebus instructos oportet esse eos, qui ueritatem dijudicare uolunt. Nunc, si dijs placet, in tam præclara scientia pauci sunt, qui aut rationem definiendi teneant, aut uiam norint, qua progrediendum est ad definitionem tuendam, seu oppugnandam, qua quidem in re locorum, quos Topice tradit, cognitione est opus, nec ea quidem simplici, sed exacta. Et tamen nulla natio est, quæ sine hac peritia magis in disputando clamet, aut acrius contendat. Cum tales oriantur sæpe altercationes inter Iureconsultos; hinc necesse est transmitti sermonem ad Dialecticum. Quare sermo ex continuato fit interpollatus. id cum sit uerum, patet Iureconsulti sermonem etiam ad alteram formam redigi posse, quæ INTERPOLLATIO à me superius dicta fuit.

Secunda Forma est Pronunciatorum, sed differt ab ea, qua Poetæ utuntur, & Oratores. Nam Iureconsulti, & philosophi uniuersalibus utuntur Pronunciatis, docent.n. & loquuntur, tanquam monstrantes disciplinæ suæ principia. Hoc distant, quòd magis indefinitis utitur Iureconsultus pronunciatis, nec uerò mirum, nam materies id requirit. Indefinita tamen illa pronunciata propius accedunt ad uniuersalium formam quòd materies similis necessariæ est. TERTIA Forma, quæ enthymematum est, prorsus communis, nec est, ut de hac plura dicamus, quoniam superius satis multa diximus. Vnum hoc dicam, quod breue est, et scitu tamen dignum, Iureconsultum, si docet, eadem prorsus habere problemata, quæ Aristoteles Dialectico subijcit in Topicis, & locos adhibere ad probandum, non quidem eo ordine, quo Cic. ipsos disposuit, sed quo Aristoteles ipse dum singillatim de omni genere problematum differit. quanto uero artificio id fit à summo uiro factum, alio loco nos certum numerum ipsorum locorum demonstrantes explicabimus; quòd à nullo adhuc uideo perspectum; nam unus è recentioribus Agricola Rodolphus cum rationem, & ordinem locorum in Aristotelis Topicis nõ cognosceret; ipsum Aristotelem, quod perturbatè locos disposuerit; nec certum numerum demonstrarit, reprehendere ausus est; cum ipse sit maximè reprehendendus, qui id non uiderit ab Aristotele diligenter factum.

Quarta forma, Connexio à me uocabatur, in quam poetæ, & oratores suum sermonem transfundunt. Ea quidem etiam Iureconsultis, ac philoso-


phis

phis inseruit, sed non eodem modo, nam necessitatis causa potius, quàm ornatus adhiberi solet ab ipsis. Et oratores quidem minus, Poetæ magis hac utuntur; atque inter hos Græci magis, quàm latini. Iureconsulti, & philosophi cum docent, omnesq;, qui demonstratores se profitentur, non ornant præter id, quod necessitas eloquendi postulat. Vtuntur igitur connexione, sed non præter rem, quod ut facilius intelligi possit, explico adhuc magis; Connexiones epithetorum si tollas interdum ex Homeri sermone, & aliorum Poetarum, nihil ipsum imminuas; easdem interdum si tollas, imminuas. priore genere nō utuntur philosophi, aut Iurecōsulti. Altero utuntur. QVINTA Forma, quæ Immutatio dicitur, nihil ad Iureconsultum, aut philosophum attinet. nam cum doceat uterque, seriò agit; nihilq; obscurum, nihil ambiguum, nihil immutatum recipit. Quis uerò iam nescit, quantum laborauit Aristoteles, in reijciendis à philosophorum sermone metaphoris; simplicem igitur, ac purum loquendi genus sequuntur. Reliquas omnes formas, Figurarũ s. siue sententiarum sint (excipio simplex genus) & πάθεω siue numerorum reijciunt; Nam nullum ornatum, aut fucum quærunt. Ideo Cicero in oratore, philosophorum orationem cum uirgine casta comparat. Neque perturbant audientium animos, neque lacrymas cient, neque ad lætitiam impellunt, neq; ad spem excitant; Quid enim his opus est, ut à pæane, aut iambo ordiantur, aut claudũt suam orationem; cum uoluptati aurium non inseruiat, sed totus est in demostrando, & docendo. Ecce modò, cum tam paucis Iureconsulti, & philosophi formis suum sermonem effingant, quàm non difficile sit id efficere. Libero eos cura Figurarum, libero eos labore numerorum, Epithetorumq; excogitandorum. Libero eos cogitatione illa tam graui, quomodo sermo immutari debeat ne popularis uideatur. Primum authores uterque habet meros Græcos, & latinos; qui purè emendateq; locuti sunt; horum uocibus utendum est, atque ex horum præscripto effingendus sermo. Nec ego magnopere à Iureconsulto requiro, ut, cum de legibus disserit, aut a philosopho, cum naturam, & causas rerum explicat; Ciceronis locutione utantur, si sua uti potest; nam etiam Cicero ipse, si quando de iure ciuili loquitur, formulas loquendi sumit à Iureconsultis. Aristotelis uerò in rebus physicis explicandis certa quædam adhibet uocabula, quibus tota disciplina constat, ὅρους ab eo dictos. quasi terminos quosdam, quibus eiusmodi rerum tractatio includitur; et fortasse morosuli nonnulli, quia à philosophis ante hac, et Iureconsultis exigebant eiusmodi loquendi genus, quo Cic. uti solet,

in communibus quibus negocijs, & rebus, quæ extra disciplinam, & artem sunt, proferendis, multos deterruerunt, seq; ipsos deridendos præbuerunt. Vt si à uiro moderato, ac bene frugi requiram, ut periscelides fasciasq; cretatas induat & à Virgine, ut se fuscis illinat, & in aurem gestet. A sene quoque, ut uersicolore prætexta utatur, & calceos Sicyonios, hoc est delicatulos induat. Aristotelis mehercle libri, & Galeni, Ciceronis sermone illo communi aptè uerti non possunt; nam disciplinarum genus omne suum habet peculiarem uocum, ac terminorum numerum, quibus se concludunt. Oratorum uerò sermo longè diuersus, quia popularis est, & termino nullo constringitur certo. Si quis igitur, quomodo philosophi loqui solent in concione apud populum agat, aut apud auditores doctos disciplinas, & artes populariter tractet, nec illarum terminis se includat, planè explodendus fuerit. At Ciceronem dicat aliquis philosophiam terminis eductam illis, quibus continebatur, populariter tractasse, ac ueluti in planitiem quandã, per quã liberè excurrerẽt, immisisse. Nec ego id non fateor multis in libris à Cic. factum. At quis non uidet quàm iure id fecerit, profitebatur.n.ea se suis ciuibus tradere, atque ob id in primis populariter loqui studuit. Hoc non cogitantes plurimi putant sibi licere Galeni, & Aristotelis scripta eo modo in latinum sermonem uertere, aut etiam de arte aliqua, & disciplina loqui. Nec tamen hoc ita accipi uelim, ut putet aliquis censere me, ut liceat quibusuis uti dictionibus quamlibet inusitatis, & asperis, modò rem exprimentibus. Primum igitur perquirere diligẽter oportet rerum omnium in singulis artibus, ac disciplinis uocabula, eaq; suis locis seponere collecta ex antiquis authoribus, qui de ea re purè, latineq; locuti existimantur; ut nobis si quando opus fuerit, inseruire possint. Quòd si non omnia (quod tamen incredibile uidetur) à ueteribus fuerint prolata, ea nobis effingere licebit, modo apta sint, & sonora. Quid.n. (malum) irrepsit hæc inter disciplinarum magistros consuetudo, ut nolint, etiam si possint, apta minus aptis anteferre? Sit igitur iam contendendi finis, perniciosa.n. semper fuit hæc linguæ & cordis (ut ita dicam) disiunctio. Nullus est ex ijs, qui disciplinis operam nauant, quæ literis continentur, qui gloriæ studio non sit incensus; sed gloriæ momentaneæ studium uix dici debet, ij uerè gloriam mihi appetere uidentur, qui posteritatem respiciunt, cogitentq;, quid homines multis seculis post uicturi, de se sint existimaturi, & locuturi. Hæc uerò certissima ratio est gloriæ parandæ, si ad utrunque eloquentiæ genus te ita comparaueris, ut, & tibi philo-

sopho

ſopho diſciplinarum perito popularis ſermonis elegantia, & tibi oratori diſerto multiplex artium cognitio; & doctrina non deſit, apte autem utrunq; genus tractes; nam nec in philoſopho requirimus, ſi de philoſophia loquatur, uerborum aſtrictam comprehenſionem, aut orationem uibrantem, & incitatam, quæ ad iracundiam impellat animum audientis; nec in oratore, (ſi in foro, & ſenatu uerſatur) ut ſiccum illud dicendi genus, omni affectu, & nitore carens ſequatur; ſed utrumque tum hoc, tum illud pro rerum ſubiectarum ratione accommodate ad auditorum aures tractet.



*

DE COGNATIONE FIG. SENT. Verbor. Struct. & Numerorum.



I QVI *sunt, qui nesciunt quid sit polite et artificiose scribere, aut si qui antea temere, ut ipsis natura dictabat, sine certa ratione, nullis adiumentis doctrinæ, & artis instructi scribere solebant, ij legentes hæc nostra, sat scio sententiam mutabunt, & perspicientes quomodo arte uti oporteat in scribendo dabunt operam posthac, nequid temere effundant; si modò laudis huius cupidi sint, quam ego cum immortalitate ipsa conferre soleo, ut etiam posteris qui multis seculis post uiuent, sua scripta probentur. planè.n. quod Musæ attribuit* Horatius, *ego arti accepimus referri posse censeo.*

,, *Quòd spiro, & placeo, si placeo tuum est.*

Non satis est ex antiquorum Rhetorum libris nomina figurarũ, quibus illustratur oratio, percepisse, nam etiam, qua ratione inter se iungãtur, diligẽter est considerandum; siquis igitur collecta in promptu habeat nomina Figurarum omnia, tùm sententiarum, tùm uerborum, & structuræ, addo etiam, numerorum, atque ijs pro suo arbitratu uti uelit, hic multò erit inferior eo, qui naturam sine ulla artis cognitione in scribendo duc:m sequitur; Nam qui naturam sequitur, ignorat quidem ornamentorum nomina, uerùm utitur tamen illis imprudens, is uerò qui pro sua libidine Figurarum nomina, & ornamenta per orationem dispergere uoluerit, sciet quidem, qualia illa sint sed naturæ aduersantia proferet; Duo.n. requiruntur (summatim ut dicam) in eo, qui artificiose se scribere posse profitetur, Alterum est, ut nomina figurarum, & ornamentorum omnium teneat; Alterum ut ipsa ad naturam referat perturbationum, ex ipsarum.n. præscripto loquuntur homines, qui scribunt uerò imitatores quidam sunt illius sermonis, qui uulgò est in ore hominum. Nec tamen uerum fuerit si dicas; Quid igitur est arte opus? quando omnibus est à natura insitum, ut ita loquamur, multò.n. facilius id facimus, quod naturam sequentes facimus; quàm si multo labore artem didicerimus, ad quam ipsam naturam, quæ artem produxit, referamus. Dionysius longinus doctissimus Rhetor in suo Lr-

fariorum

bro περὶ ὕψους, omnem ſcrupulum euellere conatur, ait .n. uerba aduer-
»» ſariorum proferens. γεννᾶται γὰρ φασὶ τὰ μεγαλοφυῆ, καὶ οὐ διδακτὰ
»» γίνεται, καὶ μία τέχνη πρὸς αὐτὰ πεφυκέναι, χείρω τε τὰ φυσικὰ ἔργα,
»» ὡς οἴονται, καὶ τῷ παντὶ δειλότερα καθίσταται ταῖς τεχνολογίαις κατα
»» σκελετευόμενα. Mox ipſe diluens illorum rationes ait. ἐγὼ δὲ ἐλεγχθή-
»» σεσθαι τοῦθ' ἑτέρως ἔχον φημί, εἰ ἐπισκέψαιτό τις, ὅτι ἡ φύσις, ὥσπερ τὰ
»» πολλὰ ἐν τοῖς παθητικοῖς καὶ διηρμένοις αὐτόνομον, οὕτως οὐκ εἰκαῖόν τι,
»» κἀκ παντὸς ἀμέθοδον εἶναι φιλεῖ. Paulopoſt fatetur etiam ipſe naturam
procreatricem ueluti quandam artis fuiſſe, nec tamen ſatis magnas habe-
»» re uires ad dicendum naturam ſine arte; Nam ars τὰς ποσότητας, καὶ
»» τὸν ἐφ' ἑκάστου καιρὸν ἔτι δὲ τὴν ἀπλανεστάτην ἄσκησίν τε καὶ χρῆσιν ἱκα-
»» νὴ παρορίσαι. Hæc ille, & preclarè quidem protulit, ac uerè. Sed ego re-
deo unde eram digreſſus. Ad naturam perturbationum omnes figuras referri oportet, ut nos ita ſcribamus, ſicuti homines à natura impulſi loqui ſolent. Id ſi uerum eſt, planè etiam conſtat Figuræ huic, uel illi ſententiarum hanc, uel illam competere figuram uerborum, ſtructuræ, & numerorum. Nunc uerò uideas multos artem tradere, & figuras, ac ornamenta omnia confuſa quadam ratione per cenſere, de hac autem cognatione ipſarum nihil loqui; in qua omnis ferè uis ineſt. & eſt hic ueluti finis, quem græci ἴνγα τινὸς, uocant huius totius tractationis. Editus eſt ante duos annos Iouitæ Rapiciÿ liber annum unum poſt ipſius mortem, de numero oratorio, in quo uir ille omnia pedũ genera perſecutus eſt, quibus poetæ, aut oratores uti poſſunt; atque exempla protulit ex Cicerone, in quibus ſingulorum pedum uſum monſtrauit. Mitto ea, quæ ab eodem de periodis, & earum partibus, de rhythmo etiam dicta fuerunt. Hic uir praeclarus ut omnia expoſuerit, quæ ad naturam pedum cognoſcendum ſpectant; non tamen attigit id, de quo nos in præſentia loquimur; nam quo loco qui pedes ponendi, cui figuræ qui competant, cui perturbationi reſpondeant eſt declarandum. Nobis igitur hoc eſt efficiendum ſedulò, quod eſt ab alijs prætermiſſum. Nec uerò ea quæ dicturus ſum, noua ſunt, & à me nunc primum inuenta; ſed à ueteribus deſumpta, longa tamen deſuetudine fere abolita nunc à me ad uſum reuocata ſatis noua uideri poſſunt. Hermogenes in libris τῶν ἰδεῶν ubique numeros, figuras uerborum, & figuras ſententiarum, has quoque ἐννοίαις adaptat; & quæ ſingulis ideis competant docet, naturam intuens perturbationis illius, à qua ſumitur ideo eam tanquàm ducem ueluti quandam in arte conficienda ſemper ſequitur. Id ipſum etiam efficere ſtuduit Demetrius phalereus (ſi modo is eſt

author)

author) in libro τῶν χαρακτήρων, siue περὶ ἑρμηνείας. ubi .n. ait ὁμοιοτέλευτα, & ἀντιθέσεις non competere δεινότητι, uerba sunt haec.

,, ἡ γὰρ ὁμοιότης ἡ περὶ τὰ κῶλα, καὶ ἀντίθεσις ἐκλύει τὴν δεινότητα διὰ
,, τὴν κακοτεχνίαν; ibi uerò Theopompus reprehenditur, sed plura non adscribam, quilibet .n. (etiam me tacente) illic perspicere potest. ubi δεινότης sit in sermone, ibi ornamenta παρομοιώσεως, et ἀντιθέσεως non esse adhibenda, quia scilicet cognationem inter se non habent. Nec longè ab hac uia discessit Cic. in eo libro, qui inscribitur Orator, ubi tres characteres explicat, quod nos aliquando commodius ipsius disputationē omnem cum Demetrio, & Hermogene conferentes demonstrabimus. Post hos omnium aptissimè rem totam exposuit, & propius attigit Dionysius Longinus in libro περὶ ὕψους, qui quia iam à me superiore anno editus fuit, non est ut uerba illius hic apponam; atque eo loco maximè res perspici potest, ubi locum ex Oratione Demosthenis in Midiam profert, & ostendit ἐπαναφορὰν illam, & ἀσύνδετον conuenire illi figurae sententiae, qua utitur. Atque hi quidem ita rem tractarunt, de qua loquimur, ut cognationem hanc ornamentorum, & figurarum declararent.

Sed si luce clarius demonstro etiam Aristotelem hanc ipsam non neglexisse, & de ea fuisse locutum libro tertio Rhetoricorum; non'ne iam omnia constabunt? Is igitur quo loco agit περὶ τοῦ ἑλληνίζειν, idest (ut ego uertere soleo) de aptè loquendo, & de perpetua oratione Oratoris aptè conficienda,
,, cum ait τὸ πρέπον ἕξει ἡ λέξις ἐὰν ᾖ παθητική, καὶ ἠθική, καὶ τοῖς ὑπο-
,, κειμένοις πράγμασιν ἀνάλογον. τὸ δ' ἀνάλογον ἐστίν, ἐὰν μήτε περὶ εὐόγ-
,, κων αὐτοσχεδίως μήτε περὶ εὐτελῶν etc. Nimirum .n. Arist. quam ego cognationem in praesentia uoco, appellauit τὸ ἀνάλογον. de qua re
,, etiam aliquantò post differens, ait. ἔτι τοῖς ἀνάλογον μὴ πᾶσιν ἅμα χρῆ-
,, σθαι, οὕτω γὰρ κλέπτεται ὁ ἀκροατής. λέγω δὲ οἷον ἐὰν τὰ ὀνόματα
,, σκληρὰ ᾖ, μὴ καὶ τῇ φωνῇ, καὶ τῷ προσώπῳ καὶ τοῖς ἁρμόττουσιν. quamuis autem istam cognationem, seu ἀνάλογον ipse etiam in uoce, & uultu loquentis esse dicat, non tamen ideo non intellexit etiam de hac nostra, quae est inter figuras sententiarum, & uerborum, structurae, & numerorum, nam actio seu pronunciatio haec consequitur. Ideo Cic. in Oratore suo, ubi agit de subtili genere orationis, postquam de figuris sententiarum, uerborum, structurae, & numerorum aptis illi locutus est, etiam postremo loco de actione ad illud genus accommodata loquitur. Id ipsum uerò eodem lo-
,, co magis adhuc perspici potest, cum ait ἐὰν οὖν τὰ μαλακὰ σκληρῶς,
,, καὶ τὰ σκληρὰ μαλακῶς λέγηται ἀπίθανον. Verba quoque proferri

debere

debere pro ratione perturbationis, quod in primis spectat ad hanc cognationem, de qua loquimur, idem significat eodem loco. „ συγγνώμη δὲ ὀργιζομένῳ φασὶ καὶ ὀδυρομένῳ κἂν ᾖ πλάττων, „ quorum alterum est compositum, alterum uetustum, utrunque uerò irato competere ait, ut obseruare iam possis, aliter iratum loqui, aliter dolentem, aliisq; figuris sententiarum, & uerborum uti, quod est à nobis etiam alibi dictum; sed nunc hoc nobis est propositum ostendere, alias figuras uerborum competere ἀρᾷ, alias δήσει, quæ diuersæ sunt duæ sententiarum figuræ, nec modò figuras uerborum diuersas illis competere, sed etiam structuram, et numerum. Ars igitur in his est aliqua constituenda, quam nullus ueterum excogitauit, ut singulis figuris sententiarum suas subiiciamus figuras uerborum, structuræ, & numerorum; Sic.n.fiet, ut natura duce omnia ornamenta redigantur ad perturbationem, ea.n.est norma, & fundamentum ornamentorum omnium; imò interdum ita loquimur affecti, ut nullis ornamentis utamur; quando igitur utendum illis, & non utendum, & quo quæque loco, & quot adhibendæ est præscribendum. Quamuis autem à nobis sit dictum, Hermogenem, Demetrium, & ante hos Aristotelem talem demonstrasse analogiá ornamentorum, seu cognationem, non est tamen, quòd quisquam credat eos hoc effecisse, quod nos efficere statuimus, frustra.n. laborem hunc susciperemus. Nam illi quidem declararunt, quæ figuræ sententiarum cui competant generi sermonis; etiam uerborum, & structuræ figuras singulis assignarunt ideis, & Characteribus, exempli causa. Demetrius Characteri δεινῷ assignat figuras sententiarum has, ἀποσιώπησιν, προσωποποιΐαν, mox de figuris uerborum loquens aptis eidem Characteri, profert ἀναδίπλωσιν, ἀναφορὰν, διάλυσιν, κλίμακα. Atqui nulla harum competit ἀποσιωπήσει, aut προσωποποιΐᾳ, ut quilibet naturam sequens ducem periculum facere potest; quamuis & hæ, & illæ δεινῷ inseruiant characteri, non tamen ὑπαλλήλως, sic enim commodius rem significabimus, hoc utentes uocabulo à græcis sumpto. Nos igitur hanc ὑπαλληλίαν demonstremus à nullo ante declaratam, ut artificiosè scribere uolentibus, & figurarum ornamentis uti pro re proposita, de qua sermo habendus fuerit, omnia sint in promptu. Sed prius necesse est, ut sententiarum figuras ad suas classes redigamus; quàm enim confusè nobis à ueteribus traditæ fuerunt, nullus est, opinor, qui ignoret. Classes hæ cum fuerint constitutæ in singulis figuris sententiarum, postea subiiciemus suas figuras uerborum, structuræ, & numerorum, quas aptas esse, & inter se iungi ratio, & natura ipsa affectionum demonstrabit; tum demum

enim aliquis artem nouit, cum eam ad naturá ita redegit; ut inter utranq; nihil ſit diſſidij. Verùm antequàm claſſes has conſtituamus, operæpretium fuerit ut quæramus, an in hac Analogia, ſeu cognatione figurarum, quàm ὑπαλληλίαν græco nomine uocari poſſe ante docuimus, locus Topicus (ita appellat Ariſt. lib. Rh. 2.) inſeri debeat.

EIVSDEM

DE COGNATIONE, SEV ANAlogia locorum Topicorum cum Figuris ſententiarum, & uerborum.



EM certè à nullo ante non modò declaratam, ſed ne cognitam quidem in præſentia explicare conabimur. Ac nequis miretur quomodo ea nobis in mentem uenire potuerit, omnia patefaciam. Animaduerti eadem periodo, ſeu circuitu uerborum, præter ſententiarum figuras, et dictionum, atque ſtructuræ, etiam inuolutum contineri enthymema, quo orator probare, uel diluere conatur id, de quo diſceptatur in foro, aut in curia. Si enim enthymema nudum ab ornamentis ſententiarum, & uerborum contorqueretur in aduerſarium, parum haberet uirium ad aduerſarium feriendum; nunc uerò cum ueluti amento quodam uibrata, figura ſententiæ, magno impetu feratur, perſtringit omnia, & grauiorem ictum facit. Id ſi uerum eſt, ut ex Ciceronis, & Demoſthenis Orationibus perſpici poteſt, qui nihil unquam ſine certa ſententiæ conformatione edixerunt, uidendum qui locus Topicus cui competat figuræ ſententiæ; hoc.n. cognito, reliqua erunt aperta, nam figuram ſententiæ poſtea ſequuntur figuræ uerborum, ſtructuræ, et numerorum, ut ante dictum eſt. Nec uerò aliunde hoc cognoſci poteſt, quàm ex genere affectionum, quo fuerit perturbatns orator, dum loquitur. Qualis.n. qualis fuerit perturbatio loquentis, talis etiam ipſi competet locus Topicus; uel potius, quia, dum enthymemata profert Orator, hoc primarium eſt, illud ſecundarium, prius loci topici natura erit perſpicienda, mox perquirenda ſententiæ figura; & ad loci ipſius Topici naturam adaptanda. Exempli cauſa. Refellendus eſt

tibi

tibi aduersarius, qui te preditorem appellauit; utendum fuerit tibi loco Topico, qui à Repugnantibus appellatur, is.n maximè diluit crimen. Repugnantia autem sunt sui contrarij consequentia, contrarium proditori dixeris. Seruatorem patriæ, consequens huius est, pecuniam, & uitam profundere pro patria, dicas igitur tu diluendo illud crimen illatum; eum, qui pecuniam omnem profudit pro salute patriæ, non esse proditorem uocandum; sed nullam habet uim, si ita protuleris; Iam uero si inuoluas aliqua figura sententiæ, multò erit uehementius. At ex omnibus figuris nullum genus fuerit aptius eo, quod competit iratis hominibus; credibile est.n. & consentaneum naturæ, eum, qui proditor est ab altero per conuitium dictus, uehementer irasci. Delige igitur ἀρὰν, uel aliam sententiæ figuram, & inuolue enthymema, sic. Dij te perdant impudentissime homo, qui me, cum toties pecunia remp. iuuerim, atque ipse certans pro ciuium salute meum caput in maximum periculum coniecerim, proditorem audes appellare. Nimirum patet illud ipsum enthymema, quod simplici ratione prolatum elanguescere ante uidebatur; nunc magnas habere uires; & maximo impetu in aduersarium ferri; dixeris igitur tu ἀρὰν competere loco Topico à repugnantibus, eodem modo cætera erunt dijudicanda. Nunc.n.de hac re plura non dicemus. Postea cum Figurarum classes fuerint à nobis constitutæ, tunc commodius etiam hoc demonstrabimus, & qui locus cui figuræ respondeat, ac competat, naturam, ut toties diximus, ducem sequentes declarabimus, exemplis ex Cicer. & Demosth. etiam prolatis, ut cum ipsorum testimonio ars nostra hæc tota fuerit confirmata, magis omnibus probetur.

CENSVRA, AC DIIVDICATIO omnium figurarum Sent. quæ duobus Rutilij Lupi libris continentur.



RVTILII Lupi figuras nunc recenseo. Illius liber prior continet figuras uerborum. Sub extremum tamen duæ sunt, quæ ad structuram spectant. πολυσύνδετον nu. 13. & διάλυσις num. 14. reliquæ duæ, quæ sequuntur, num. 15. & 16 μετάνοια, & παρένθεσις mihi uidentur ad sententias spectare. Ὁρισμὸς num. 17. uerborum est; uel etiam ad sententias referri potest, ut ex exemplis ab ipso allatis cognosces. προομολογία, ἀναγκαῖον, ἀπολογία num. 18. usque ad extremam ad sententias spectant. De anancæo nullus alius præter illum est locutus. Iam patet ex his, quas, qualesq; figuras contineat Rutilij liber prior ita diuisus, ut nunc passim circumfertur. Sed hæ sententiarum figuræ sunt immistæ uerborum figuris, & structuræ per errorem fortasse librariorum; nam non satis integer uidetur ad nos hic liber peruenisse, ita uerò cum sint à me separatæ, & redactæ ad suum genus, nulla erit confusio. ἀναγκαῖον, de qua figura ille solus locutus est, mihi uidetur inseruire Oratori, quatenus excusat, & purgat, aut ueniam petit. Liber posterior etiam nobis est excutiendus, ut sententiarum figuras secernamus ab alijs, quæ sunt uerborum, & structuræ, ne posthac laboremus in illis perquirendis, si ita perperàm fuerint permistæ. Prima igitur ad sententias spectat. Secunda ἀλλοίωσις dicta ad uerborum figuras spectat; Reliquæ omnes à num. 2. usque ad 12 sententiarum figuræ sunt. Iam uerò à 12 usque ad 17 structuræ mihi uidentur esse figuræ, & uocantur. παρόμοιον, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον, ἰσόκωλον, ἀντίθετον. Notandum hoc παρίσως est in ea structuræ figura, quam duodecimam numerat, & παρόμοιον dicit, Rutilium Lupum mentionem facere Gorgiæ libri, quem ille scripserat de hoc genere figurarum, & propterea Quintilianus lib. 9. ubi de his agit, testatur Rutilium omnia ex Gorgia desumpsisse, quod iam uidetur esse uerum, & cognosci ex hoc loco posse. ἐπιτροπὴ num. 17.

& παῤῥησία num. 18. & αἰτιολογία num. 19. ad sententias spectant. Vltima num. 20. quæ τάξις dicitur ad Structuram est redigenda. Quatuor habet Rutilius sententiarum figuras, de quibus alij non sunt locuti. ὁρισμὸν, quæ num. 5. est posita. βραχυέπειαν, quam breuiloquentiam latinè dixeris. num. 8. Αἰτιολογίαν num. 19. & συνοικείωσιν nu. 9. l. 2. quæ copulatio diuersarum rerum dici potest. Quales omnes hæ sint exemplis allatis ipse docet; Nunc declaro quomodo Oratori inseruiunt, & ad quas perturbationes redigi debeant. βραχυέπεια refellenti competit, & grauiter loquentium reprehensione alterius, potest etiam laudanti inseruire. Αἰτιολογία Oratori inseruit etiam refellenti, cum præsertim de re ambigua sermo habetur, allatis.n.rationibus, & paulatim ad id, quod propositum est, deductis, demonstratisq; causis eius dicti, seu facti, non esse absurdum demonstrat, quod ante absurdum uideri poterat. συνοικείωσις Oratori competit excusanti, & purganti. laudanti itidem, & reprehendenti; præsertim cum aliquem laudat propter rem ab eo gestam, quæ non apud omnes erat in confesso; uel cum reprehendit propter uitium, quod non itidē erat in confesso. ὁρισμὸς quæ definitio latinè dici potest, cōpetit grauiter loquenti, monenti, & increpanti, nec multum uidetur abesse ab illa, quam γνώμην ex Quint. appellauimus. Hactenus à me dijudicatæ sunt omnes Rutilij Lupi figuræ sententiarum, quæ tùm priore, tum posteriore libro continentur; & separatæ à nobis sunt illæ omnes, quæ ad uerba spectant, ne talis commistio nobis in ipsis perquirendis sententiarum figuris posthac possit esse impedimento. Et quoniam nonnullas etiam segregauimus, quas ad structuram, non ad uerba spectare diximus; ideo id à nobis est factum, quia existimamus in hac ornamentorum, & figurarum arte separatim etiam illas collocari debere, quæ ad structuram spectant; Sic.n. multò facilior erit ratio ipsas discernendi ab ijs, quæ ad uerba spectant; quod à nullo ante obseruatum fuit. Sed hæc paulòpost magis patebunt. Nunc ad rem redeo. Adnotauimus etiam eas Rutilij figuras, de quibus alij mentionem non fecerunt. Sic etiam declarauimus ad qualem affectionem sint redigendæ, de reliquis à nobis nihil est dictum, quia illarum naturam ex præscripto aliorum Rhetorum ante declarauimus, & nomina diuersa non sunt. Cum igitur omnia fuerint à nobis explicata, quæ ad ornamenta sententiarum spectant, & redacta ad suas ueluti quasdam classes pro ratione affectionum, et perturbationum animi, ut quomodo inseruire possint Oratori quiuis perspiciat. Consequitur ut de ornamentis, seu figuris uerborum, & structuræ agamus; sed antequàm de ijs loquamur, necesse est, ut

de cognatione, seu analogia uerba faciamus, quæ est inter sententiarum figuras, et uerborum, structuræ, et numerorum; nam etiam numerorum ita habenda est ratio in scribendo, ut non pro arbitratu quemlibet apponas, in quo multi decepti sunt; sed eum maximè seligas, qui conuenire uidebitur affectioni, & perturbationi, qua Orator est affectus, dum loquitur. Aliter.n. iratus periodum claudit; aliter dolens; aliter laudans; aliter reprehendens; Nec unquam, ut toties diximus, ars recte se habere potest, donec naturæ non respondeat; rt propterea nos antiquorum Rhetorum uestigia secuti, & Aristotelis in primis Orationem ad perturbationes redigimus, quas ueluti caput quoddam, & fontem esse uolumus, unde alia ornamenta manant. Agamus nunc quod proposuimus, & loquamur de alijs.

*

FIGVRAS

EIVSDEM

FIGVRAS STRVCTVRAE differre à figuris Verborum quomodoq; id sit intelligendum auctoritate ueterum probatur.



SAEPE ante cum de Analogia, & cognatione figurarum disputaremus; alias esse uerborum figuras, alias structuræ diximus. Quare ne quis cum nullam uideat mentionem de ijs factam, quæ structuræ à me dicuntur, miretur; non erit alienum à re proposita, si demonstrauero me talem diuisionem ex antiquis desumpsisse, nec rem aliter sese habere posse; M. Cic. igitur in eo libro, qui inscri-
,, *bitur Orator, ait. Nam & singulorum uerborum, & collocatorum lumi-*
,, *na attigimus, & paulò post eodem loco, ubi de uerborum, seu structuræ, ut*
,, *ego sentio, figuris incipit agere. Et reliqua ex collocatione uerborum, quæ*
,, *sumuntur quasi lumina, magnum afferunt ornatum orationi, sunt. n. simi-*
,, *lia illis, quæ in amplo ornatu scenæ, aut fori appellantur insignia, non*
,, *quòd sola ornent, sed quòd excellant. Ex quibus uerbis satis patet Ciceronem, cum has figuras referat ad collocationem, ac separet ab ijs, quas uerborum singulorum appellat; existimare structuræ has esse proprias, quod etiam apertè significauit illa similitudine insignium, quæ in scena, aut foro collocantur. Aristoteles quoque lib. 3. Rhetoricorum quo loco agit περὶ ἐνθυμημάτων ἀστείων. i. ut ego interpretor, de conceptibus urbanis, & acutis, ait. ἀστεῖα alia esse κατὰ διάνοιαν τοῦ λεγομένου, alia autem κατὰ λέξιν, atque hæc quidem posteriora duplici modo, alia n. sunt τῷ σχήματι,*
,, *alia uerò τοῖς ὀνόμασιν. Ac quomodo illa τῷ σχήματι fiant declarans ait,*
,, *ἐὰν ἀντικειμένως λέγηται, οἷον καὶ τὴν τοῖς ἄλλοις κοινὴν εἰρήνην νομι-*
,, *ζόντων; τοῖς ὀνόμασι fiunt, inquit, ἐὰν ἔχῃ μεταφορὰν, & hanc quidem*
,, *μήτ' ἀλλοτρίαν, μήτ' ἐπιπόλαιον. Ex quibus Aristotelis uerbis elicias quæ fiunt τῷ σχήματι τῶν ἀντικειμένων differre ab ijs, quæ fiunt τοῖς ὀνόμασι. Ego illa uideo structuræ esse, hæc autem uerborum, in quibus tantum metaphoram statuit. Ergo si ἀστεῖα κατὰ λέξιν secantur in duo, idest in ea quæ fiunt σχήματι τῶν ἀντικειμένων, quæ ad collocationem, & stru-*

 cturam

cturam spectant, & in ea quae consistant ἐν τοῖς ὀνόμασιν. erit uerum, si dicas Verborum duplex esse genus figurarum, Alterum ratione collocationis, & has ego structurae appello figuras. Alterum ratione uerborum tantum, & hae sunt figurae Tropi dictae, qui etiam si 14 num. sunt, ut Quintilianus recenset, non omnes tamen uidentur ad oratorem spectare, imò nullus praeter metaphoram, et Epitheton, in quo plerunq; metaphora inest. et propterea Aristoteles rectè ὀνόμασιν unam assignauit μεταφοράν. Et nos illius sequentes uestigia, postea ita distinguemus uerborum figuras, ut alias dicamus esse structurae, alias Tropos. illae structurae sunt propter collocationem, ut etiam Cic. ait, & Quint. Tropi non pendent ex collocatione, sed ex immutatione uerborum. Etiam Quintilianus lib. 9. cap. 3. sub initium
„ idem demonstrat, ubi ait. Verùm σχήματα λέξεως duorum sunt gene-
„ rum. Alterum loquendi rationem uocant; alterum quod collocationem
„ maximè exquisitam. Quorum & si utrunque conuenit orationi, tamen
„ possis illud Grammaticum, hoc magis Rhetoricum dicere. Nimirum rectè Quintilianus, nam Grammaticus eas obseruat in poetis, qui diuerso utuntur genere loquendi, & deflectunt suum sermonem á simplici, & usitato modo, quo uulgò homines utuntur. Sed Oratoribus id non licet, qui populariter loqui debent. Ego huius rei notam afferam certam, ut dignosci possint. Quotiescunque in sermone est aliqua mutatio facta, ita ut ad communẽ loquendi consuetudinem redigere oporteat, si quis apertum esse id uelit; hoc sermonis genus poetis competit, ut cum Sthenlum dicis pugnae scientem. Vna immutandi ratio conceditur Oratoribus per Metaphoram, & alios quosdam Tropos, nam non omnes recipiunt, ut antè etiam diximus, poetarum.n. magis sunt proprij. Sed redeo ad rem. satis probatum est auctoritate Cic. Arist. & Quintiliani figuras structurae & si in uerbis sunt; differre à figuris, quae etiam uerborum alia ratione dicuntur. Nunc enumerandae tum hae, tum illae. Ac quidem structurae, prius enumerabimus figuras, quae ad oratores spectant; nam alio loco reiecimus eas, quae ad Grammaticos pertinent; habent.n. etiam hi suas structurae figuras, quae tamen ut docuimus alibi figurae dici non debent; sed formulae loquendi à Graecis desumptae; etiam Demetrius Phalereus in lib. περὶ ἑρμηνείας, quo loco fi
„ guras perquirit aptas characteri μεγαλοπρεπεῖ ait. τὰ δὲ σχήματα τῆς
„ λέξεως ἔστι μὲν καὶ αὐτὰ συνθέσεώς τι εἶδος, τὸ γὰρ δὶς τὰ αὐτὰ λέγειν δὶς
„ διπλασιάζοντα, ἢ ἐπαναφέροντα ἢ ἀνθυπαλλάσσοντα διατεταγμένῳ καὶ μετα
„ τιθέντι ἔοικε. ex quibus uerbis satis cognosci potest ἀναδίπλωσιν, ἐπανα-
φορὰν etc. id genus ad structuram pertinere, quamuis λέξεως dicuntur.

DE

EIVSDEM

DE FIGVRIS STRVCTVRAE ex Ciceronis libro qui inscribitur Orator.



ERBORVM igitur Figuræ aliæ sunt propter immutationem, Aliæ sunt propter collocationem factæ, illas nos Figuras uerborum appellamus, commune nomen ad speciē transferentes; seu Tropos, sic.n. etiam ueteres appellarunt, has uerò structuræ figuras dicimus, de utroq; genere nobis est differendum. sed primum de ijs, quæ ad structuram spectant; Ac uidendum qua ratione antiqui Rhetores de his locuti sint; Alij.n. plures enumerarunt, Alij pauciores. Alij easdem diuersis nominibus appellarunt; ut igitur ipsarum appellatio, & numerus cognoscatur, recenseamus singillatim omnium nomina ex ueteribus. atque ex Ciceronis primum eo libro, qui inscribitur Orator.

M. Cicero quidem illic figuras suo nomine non appellat, sed describit singulas pluribus uerbis.

Prima descriptio est hæc. Aut breuiter commutata ponuntur, qua Parenomasia, seu παρωνυμία ab alijs dicta significatur, constat autem literæ unius, aut syllabæ immutatione. ut cum Nobiles mobiles esse dicis. Hæc Annominatio à latinis dicitur, qualis est in illo quod Quintilianus refert libro 9. patris sui dicto; Pater meus contra eum, qui se legationi immeriturum dixerat, deinde post paucos dies re infecta redierat. Non exigo ut immoriaris legationi, immorare.

Secunda figura describitur à Cic. sic. Aut ab eodem uerbo ducitur sæpius Oratio, & hæc fit aut in periodorum plurium, aut membrorum periodi unius repetitis initijs; ἐπαναφορὰ hæc à Græcis dicitur, à Latinis Repetitio. Lupus lib. 1. ἐπιβολὴν nominat.

Tertia figura ita describitur. Aut in idem conijcitur, quæ uerba hunc habent sensum; aut cum in idem uerbum membra periodorum desinunt, & hæc ἐπιφορὰ dicitur à Lupo libro primo.

Quarta sic describitur. Aut in utrunque, cum scilicet periodi plures, aut membra unius periodi ab eadem ordiuntur dictione, & in eandem desinunt etiam. κοινότης à Lupo libro primo dicta.

Quinta his uerbis notatur. Aut adiungitur idem iteratum. hæc ἐπανάληψις est, & fit non in diuersis periodis, ut secunda de qua diximus ante.

Sexta ita describitur Aut idem ad extremum refertur, hæc.

Septima ita declaratur. Aut continenter unum uerbum non in eadem sententia ponitur. πλοκὴ ab Aquila hæc dicitur. Sed Quintilianus paulò secius hanc exponit.

Octaua describitur his uerbis. Aut cum similiter, uel cadunt uerba, uel desinunt. duo hæ sunt, quorum altera ὁμοιόπτωτον, altera ὁμοιοτέλευτον uocatur à Græcis.

Nona ita explicatur. Aut multis modis contrarijs relata contraria. Hæc sunt à Græcis antitheta dicta; quæ multis fiunt modis, ut lib. 3. Rhetoricorum docet Aristoteles. ubi περὶ ἀντικειμένης λέξεως ἐν περιόδοις loquitur,
,, & Quintilianus lib. 9. ubi ait. Contrapositum autem, uel, ut quidam uo
,, cant, contentio (ἀντίθετον dicitur) non uno fit modo. Nam & fit si singu
,, la singulis opponuntur, & bina binis, & sententiæ sententijs, et per distinctionem, & quæ sunt simili casu, dissimili sententia in ultimo locata, itidem cum non semper contrapositum subiungitur, uerùm cum singulis rebus propositis, contrapositum postea refertur ad singula; præterea per ἀντιμεταβολὴν, itidem per nomina ex diuerso collocata. Hæc ego totidem se rè uerbis exposui ex Quint. ut quàm multa antithetorum genera sint, cognosci posset, quicquid autem de his est à Quint. dictum, id totum mihi
,, uidetur desumptum ex Aristotele. ait. n. lib. 3. Rh. ἀντικειμένη δὲ λέξις
,, ἐν ᾗ ἑκατέρῳ τῷ κώλῳ, ἢ πρὸς ἐναντίῳ ἐναντίον σύγκειται, ἢ ταὐτὸ
,, ἐπέζευκται τοῖς ἐναντίοις. Exempla tum apud Arist. tùm apud Quint. multa legi possunt, quæ ego prætermitto, ne longior sim. Nec uerò mirum tam diligenter Aristotelem de hoc genere esse locutum, suauis enim est, & lepida oratio contrapositis huiusmodi contexta, ut ipse multis rationibus probat.

*

EIVSDEM

RATIO TABVLARVM CONSEquentium conficiendarum, in quibus explicantur Figuræ Structuræ ex antiquis Rhetoribus desumptæ.



N CONSTITVENDIS *artibus nihil magis cauendum, quàm ne diuersis diuisionibus utamur, & uocabulis, quod uideo à multis ueterum esse factum tum in alijs disciplinis, & scientijs, tùm uerò in hac Oratoria; de qua in præsentia agimus. Quare necesse fuit, ut maxima oriretur confusio, dum.n. hic alio uocabulo eandem rem appellat, & ille idem uocabulum ad aliam rem detorquet, utrum sequi debeas non satis constituere potes; si non induxeris in animum cæteris neglectis unum sequi. Sed ecce alius alium sequetur, & in eadem re explicanda diuersis utetur uocabulis, tuaq; obturbabit omnia. Veni igitur in hanc sententiam optimum esse, si ueterum omnium Rhetorum, qui de eadem re egerunt, uocabula prolata de eadem re in unum congesserimus; diuersa adnotemus, & suis authoribus assignemus singula; Quod si eandem appellationem (quod maximè molestum est) aliò detorserint, uel dijudicandum quæ magis conueniat rei; & reiectis alijs ea retinenda; Vel quia antiquorum authorum ratio est habenda, id annotandum, cum in id nomen incideris, ut legentes, aut possint pro suo arbitratu, quem magis probarint sequi; aut uideant uocabula omnia, quibus res eadem à diuersis est appellata. In recensendis igitur figurarum structuræ uocabulis, quæ in libris antiquorum Rhetorum leguntur id obseruabo diligenter, ne cui iniuria fiat; & Tabulas conficiam, in quibus perspici poterit, quis plura protulerit; in quibus conueniant; quomodo diuerso uocabulo eandem rem nominarint, & idem uocabulum ad diuersa detorserint. Ac primum quidem ex Rutilio Lupo singula profero Figurarum Structuræ nomina, et quot sint demonstro, et quo ordine collocata. Mox ex Aquila eadē depromens, singula cū singulis confero, et quas hic, uel ille prætermiserit, declaro, propositis, ut dixi, Tabulis, in quibus statim uno intuitu rē totā perspicias.*

Has

Ex Iulij Rufiniani libro 2.	Ex Quintiliano libro 9.
nu.21.lib.2. ἐπάνοδος.	
	nu.31. Coacervatio.
nu.15.lib 2. παρωνομασία.	17. παρωνομασία.
n.4.l.2. παραδιαστολή aliquanto secius	17. παραδιαστολή:
nu.10.lib.2. μετάθεσις.	20. ἀντανάκλασις.
6.lib.2. ἐπαναφορά.	3. ἐπάνοδος.
18.lib.2. ἐπιστροφή.	
9.lib 2. ἐπαναδίπλωσις.	
11.lib.2. διακοπή seu διαστολή.	
24.lib.2. ἀντίστασις.	
19 lib.2. κλίμαξ.	5. πλοκή.
	10. πολυσύνδετον.
13.lib.3. ἀσύνδετον.	14. ἀσύνδετον.
	21. παρόμοιον.
	23. ὁμοιόπτωτον.
	22. ὁμοιοτέλευτον.
	24. ἰσόκωλον.
13.lib.2. ἀντίθεσις.	25. ἀντίθετον.

Ex Rutil. lib. 1. & 2.	Ex Aquila.
nu. 1. προσαπόδοσις.	n. 11. l. 2. προσαπόδοσις. sed aliter
nu. 2. συναθροισμός.	nu. 1 .lib. 2. ἐπεζευγμένον.
3. παρονομασία.	6. lib. 2. παρωνυμία,
4 παραδιαστολή.	
5. ἀνάκλασις.	
6. ἐπιβολή.	12. lib. 2. ἐπαναφορά.
7. ἐπιφορά.	13. lib. 2. ἀντιστροφή.
8. κοινότης.	14. lib. 2. συμπλοκή.
9. πολύπτωτον.	15. lib. 2. πολύπτωτον.
10. ἐπανάληψις.	9. lib. 2 ἐπανάληψις.
11. διαφορά.	7. lib. 2. πλοκή.
12. ἐπιπλοκή. aliquanto secius.	
13. πολυσύνδετον.	
14. διάλυσις.	19. lib. 2. ἀσύνδετον.
17. μερισμός.	
ex libro 2.	
12. προόμοιον.	
13. ὁμοιόπτωτον.	4. lib. 2. ὁμοιόπτωτον.
14. ὁμοιοτέλευτον.	25. lib. 2. ὁμοιοτέλευτον.
15. ἰσόκωλον.	2. lib. 2. ἰσόκωλον.
16. ἀντίθετον.	1. lib. 2. ἀντίθετον.
20. τάξις.	
	3. l. 2. πάρισον. idē quod ἰσόκωλον, sed differt quod ulti. mēbro productius est.

Has non habet Rutilius. quæ sunt apud Aquilam.	*Hæ sunt apud Quintilianum, et respondent ijs quæ sunt apud Aquilam.*	*Has habet Rufinianus respondentes Aquilæ ijs quas solus habet.*
lib. 2. πλεονασμός *n. 22*	πλεονασμός *nu. 7*	
lib. 2. ἔλλειψις *nu. 23*	*Synecdoche nu. 13*	
lib. 2 Disiunctum n. 20 Sed mihi uidetur idem Epitrochasmos nu. 5	*Disiunctio nu. 6*	ὑπόζευξις *nu. 4*
lib. 2. ταυτολογία *n. 17*		
lib. 2. συνωνυμία *nu. 16*	διαλλαγή *nu. 8*	
lib. 2. παλιλογία *nu. 8*		ἀναδίπλωσις *nu. 8*
li. 2. ἀναδίπλωσις *n. 10*		πλοκή *nu. 14*
lib. 2. ἐπιτροχασμός *n. 5*	μεταβολή *nu. 4*	
lib. 2. κλίμαξ *nu. 18*	κλίμαξ *nu. 12*	κλίμαξ *nu. 19* Sed paulò secius, & mihi uidetur respondere ἐπιπλοκῇ apud Lupum. lib. 1. nu. 12

Has habet Quint. quæ non sunt apud alios.
συνεζευγμένον ἐν *uerbum extremo loco collocatum multa coniungit. nu. 5*
προσωνομασίαν.

Has ego tres reijcio ex num. figurarum structuræ uerborum apud Quint.

1 παρένθεσιν.
2 ὑπέρβατον. *illigatum* ἀποστροφῇ.
3 συνοικείωσιν.

Sunt omnes apud Aquilam. nu. 24
Septem habet Rutilius quæ non sunt apud Aquilam.
Nouem habet Aquila, quæ non sunt apud Lupum.

Has ego reijcio ex num. F. V. apud Rufinianum, quæ sunt num. 6.

πρόληψις
σύλληψις
ζεῦγμα.
} *quia grammaticorum sunt.*

μετάστασις *est F. S. hanc reijcio, quia etiam Aquila eam nominat. lib. 1. num. 15. sed aliter.*

ἐπανόρθωσις *est F. S.*
προέκθεσις *est F. S.*
ideò etiam ex Quintiliano ipsam reiecimus.

ἐπανάληψιν *paulò secius, quàm alij ponit Rufinianus.*

Has habet Rufinianus, quæ non sunt apud alios:
nu. 16. lib. 2. προσεχμένον, *ut ipse uocat.*
Grauis grauiter.
Ingens ingenti.
Voce uocans.

nu. 32. lib. 2. διαίρεσις.

DE FIGVRIS RHETORICIS.



VM ARS Rhetorica (si credas antiquis Rhetoribus) doceat, oportere sermonem confici ἐσχηματισμένον, idest figuratum, quæ summa in oratoribus uirtus esse existimatur, necesse est, ut de figuris breuiter aliquid dicamus. ac ne quis forte putet me de re tam sæpè à ueteribus, et recentioribus scriptoribus pertractata loquentem uelle rursus ab alijs dicta referre, is sciat uelim, me multum ab omnibus, qui de hac re scripserũt, dissentire, neq; probare ferè quicquam, quod ab illis traditum sit; nam neque definiendo, neque diuidendo, neque certam methodum in his constituendo satis uidentur rem assecuti.

Sed primum declaro, qui nam sit λόγος ἐσχηματισμένος à ueteribus dictus, idest sermo figuratus. Quintilianus libro nono cap. primo de hoc genere sermonis meminit. Item de altero, qui uocatur ἀσχημάτιστος, his uerbis. sic enim uerum erit aliam esse orationem ἀσχημάτιστον, idest carentem figuris, aliam ἐσχηματισμένην, idest figuratam, & idem Quintilianus eodem loco declarans, quid sit figura, ait, eodem modo esse dictam, quo sunt & corporis habitus uarij, ut stare, sedere, incumbere; nam & hæc uocantur σχήματα, siue σχέσεις, nec aliud significare uolebat Vergilius, cum inquit tertio lib. Aen. Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Est igitur figuratus sermo is, qui uarios ueluti habitus quosdam sumit modò huius, modo illius perturbationis, & diuersorum morum, ac sententiarum, ut et paulò post copiosius declarabimus.

Quæstio ex Alexandro Rhetore desumpta huc spectat; an sit sermo figuratus, qui ab arte, non à natura tradatur; tametsi etiam Halicarnasseus de tota hac re copiosè disserit. De hac igitur quæstione aliquid dicendum.

Ratio dubitantium huiusmodi est. Omnis sermo proficiscitur ἐκ διατυπώσεως τῆς ψυχῆς, et cæt. idest ex figuratione animi, animus enim noster ex sua natura sermonem effingit, ac figurat, quod si uerum est, non ab arte, sed à natura proficiscitur. Respondet Alexander in hunc modum; si non esset animi conceptus alius quidem secundum naturam, alius autem figuratus, non differrent utiq; à uulgaribus oratores, neque ipsi inter se. Sed non uideo qualis hæc sit ratio, nam etiam rudes homines, & uulgares eodem figurato sermone utuntur, ac planè si non uterentur, ne oratoribus quidem, qui populariter lo-

quuntur, ipso liceret uti. Secunda ratio eiusdem hæc est. hoc differt sermo figuratus à naturali, quòd in figurato simulat dicens orator, idest non uerè, sed fictè loquitur, exempli causa. Quam ego rationem ineam? eam nè? hæc si profert orator, non dubitat quidem, sed simulat se dubitare. hoc uidit etiam Quintilianus libro nono cap. primo, ubi ait. Cælius id solum putauit esse, qui σχῆμα, quo aliud simulat dici, quàm dicitur, neq; uerò hæc ratio etiam satis probari potest, nam sequeretur conceptus oratoris, cum figurati sunt, semper esse fictos, & simulatos. Tertia ratio est huiusmodi. Sermo politicus, & qui ab oratore scribitur, non est secundum naturam, sed secundum imitationem illius. hoc quidem falsum est, nam non est secundum imitationem ullus sermo huiusmodi; & est prorsus secundum naturam; sed quatenus inquit non esse secundum naturam, diceres fortasse. Poetæ quidem, qui faciunt diuersos loquentes, itidem & oratores in alienis causis, ueluti patroni induentes reorum personam iuxta illorum affectus, & mores loquuntur, sed & hoc non habet tantam uim, ut refellat, quominus sit naturalis. Iam uerò si orator non alienam, sed suam agat causam, ut Demosthenes percussus à Midia. quæro ego, dicatur nè orator loqui κατὰ φύσιν, aut per imitationem, utiq; dicendum est κατὰ φύσιν; ex quo patet non ab omni parte Alexandri rationem esse probandam. Omnis error antiquorum Rhetorum (ut summatim dicam) in definiendo figurato sermone per μετάπλασιν, inde fluxit, quòd cogitabat, sermonem quendam simplicem esse, ac naturalem, qui postea ornaretur figuris. Sed quis non uideat tantundem naturalem esse hunc, quem figuratum uocant illi, quàm alterum genus, quod simplex appellant, & non figuratum? Ideo quò rudiores homines sunt, eò magis figuratè loquuntur, nam pro affectu magis loquuntur. philosophi uero, & qui disciplinas tractant, nõ mouent affectus, ideo simplici quadam ratione loquuntur, hoc est igitur, quod illos in errorem deduxit, nam omnis sermo figuratus ex nostro ore exit, quicquid enim loquimur, figuram, & σχέσιν, hoc est, habitum aliquem præseferat necesse est, nec debet statui hæc differentia, ut alius sit figuratus, alius non sit figuratus; omnis enim sermo, qualiscunque sit, omnis (mehercle) dictio figurata est, quæ à nobis profertur, hoc uerò quale sit, magis erit etiam apertũ in definitione, quam nos postea suo loco afferemus.

Dionysius Lóginus Rhetor præclarus in lib. περὶ ὕψους, idest de sublimitate sermonis, quærit an de ea possit ulla tradi ars, ubi rationem dubitantium hanc affert. à natura proficiscitur omnis sublimis sermo, nec alia ars est, quàm nasci aptum ad loquendum eo modo, sic etiam Cicero libro secundo de orat. ubi de salibus loquitur, & cæt. Rhetor doctus, natura quidem est in omnibus rebus ueluti exemplar quoddam, seu, ut ipse ait, archetypum, &

elementum, seu principium. Quartum uerò, & quatenus, & quo loco, & quo tempore sit hoc, uel illo genere utendum, artem præcipere firmis quibusdam rationibus, & numquam errantibus, ex hac reprehensione dissolui uidetur proposita quæstio, nec aliter respondebat Cicero libro de orat. secundo, ubi de salibus.

Quæstio huiusmodi est. dicat aliquis, esto, ut probatum est, esse sermonem figuratum, quæro tamen an possit arte contineri, ac colligi numerus figurarum. Nonnullis uisum est nequaquam posse, ut & Quintilianus ait libro nono. Apollodorus, si Cæcilio credimus, irreprensibilia partis huius præcepta existimauit, quod quidem de figuris sententiarum tantummodo dictum puto. Alij, eodem Quintiliano referente, tot figuras putarunt, quot affectus. Quintilianus contra hos multa disserit, quæ legi possunt, sed fortasse hæc non fuit opinio absurda, ut postea dicemus.

Aristoteles etiam quid de hac re censuerit paulò post dicemus, Nunc expenenda est, quæ à ueteribus facta fuit figurarum diuisio, et qualis sit cōsiderandum. Sed primùm definitio ipsa explicanda, & perpendenda, ita enim postulat ordo.

Definitio à ueteribus allata, hæc est. Figura, uel sententiæ, uel uerborum est habitus præter communem consuetudinem innouatus. quæ quidem definitio mihi non satis probatur, ut paulò post demonstrabitur, nam et aliæ quæ huiusmodi sunt, prius explicandæ.

Alexander Rhetor in libro primo περὶ σχημάτων *ita definit.*

» σχῆμα διανοίας ἐστὶ μετάπλασις διανοήματος εἰς τὸ κατὰ φύσιν πλάτ-
» τουσα πρὸς τὸ χρησιμώτερον τὴν ἀναγκαίαν διάνοιαν.

Hæc definitio quidem habet genus, et differentias, quæ facilè adnotari possunt, & est definitio tantùm sententiarum. Alia definitio ab eodem recensetur hoc modo.

» σχῆμα δέ ἐστιν ἐξάλλαξις λόγου ἐπὶ τὸ κρεῖττον κατὰ λέξιν ἄνευ τρόπου.

Quæ definitio, sicuti prior, habet suum genus, & differentias, & figuræ tantùm sententiarum, sicuti & illa, accommodatur, non autem cæteris.

Hæ definitiones mihi non uidentur esse aptæ, nam minimè uerum est, in his figuris sententiarum esse ἐξάλλαξιν, *aut* μετάπλασιν *sermonis nostri quotidiani, ut patere potest per exempla, quæ ego, ne longior sim, prætermitto. Quintilianus quoque libro nono simili ratione figuram definiens ait. Ergo figura sit arte aliqua nouata forma dicendi. Igitur & hæc cum similis sit primis illis, non admodum placet, idem Quintilianus ibidem Cælij, siue Cæcilij referens opinionem inquit. Figura est, quicquid est à simplici, in promptu posito dicendi modo poeticè, uel oratoriè mutatum. Hæc uerò si diligenter consideres, definitio tropis tantùm conuenit, et figuris, quas poeticas appellant,*

et

et non potest accommodari ad sententias, ergo reiectis omnibus his, dixerim,
Figuram διανοίας nihil aliud esse, quàm appellationem, & notam quandam à Rhetoribus factam sermonis naturalis, & popularis hominum, etiam uulgaritum, selecti pro ratione morum, & affectuum, huius, uel illius generis, qui faciãt, ut hoc uel illo loquamur modo; quam rem exprimere uolens Horatius in poetice, inquit. Iratum plena minarum. & quæ sequuntur. quòd autem figuræ sint notæ quædam, sicuti diximus, uideor mihi hoc elicere ex Aristotelis lib. Rhet. tertio, ubi ait. Irati autem hyperbolicè loquuntur.
,, εἰσὶ δὲ ὑπερβολαὶ μειρακιώδεις, σφοδρότητα γὰρ δηλοῦσι, διὸ ὀργιζόμε-
,, νοι λέγουσι μάλιστα. οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε.

Obiectio.

Verùm dicat aliquis. διάνοια si esset tantum iratorum, commiserantium, dolentium & cæt. facilè esset imitari, & redigere sermonem ad figuras. At conceptus simplices (simplices uoco, qui sine ulla affectione sunt) difficilè est complecti singulos arte, & imitari.

Respondeo, tam in his, quàm in illis uariam esse enunciandi animorum sensa rationem, & oratorem eligere modò hunc, modò illum modum, qui uidetur aptior esse, & accommodatior.

Vel dic, omnino maximam figurarum partem duci ex affectibus.

,, Sed redeo ad rem. Dulces exuuiæ d. f. D. q;. s.
Ac. h. a. & cæt.

In his vergilij uersibus est ἀνάμνησις, & ἀποστροφὴ, & paulò post. felix heu nimium felix, in his uerbis exclamatio est, quæ omnes sunt figuræ διανοίας, nam dolentes ob præsentem calamitatem, & præteritam felicitatem amissam, solent redigere in mentem præterita bona, & sermonem suum dirigere ad inanima. has igitur figuras captauit poeta.

Vtiq; figuræ sunt ductæ ex natura loquentium, disputantium, refutantium, negantium, simulantium, corrigentium, minantium, & cæt. exempli causa. Prosopopœia, ἀποσιώπησις, iusiurandum, ὑποτύπωσις. Debebit igitur orator naturam in singulis hominibus considerare, quatenus hoc, uel illo loquuntur modo, & adnotare, quot modis id fiat in unaquaq; re, & inde postea desumere, quod aptius uidebitur. exempli causa.

Iratus:
- tacet ——— ἀποσιώπησις.
- auget ——— ὑπερβολή.
- maledicit ——— σαρκασμός.
- detestatur ——— ἀρά.

M. Cicero in Catilinam. quousque tandem abutere patientia nostra Catilina? haec est interrogatio primi modi instandi causa, si credas Quint. li. 9. cap. 2.

Vel est κατάπληξις, hanc eandem sententiam possis enunciare multis alijs modis, sic. ne abutaris nostra patientia tamdiu ò Catilina; uel sic. nimium abuteris diu nostra patientia ò Catilina, ex quibus cognosci potest, in quo consistat ars oratoris, in eligendo scilicet, quod est accommodatius.

Alterum exemplum fuerit, si dicas. Pyrrhus peremit Priamum. idem per apostrophen enunciari sic potest. Tu ò maximè Rex Priame à Pyrho peremptus es, uel per ὑποτύπωσιν sic. Pyrrhus flentem senem cum arripuisset capillis, & ab aris distraxisset, gladio confodit, & caput obtruncauit. Nihil in his enunciandis nos fingimus, quod non sit naturale, sed ex naturalibus modis, qui uarij sunt in enunciando, seligimus, quod aptius est, & hoc docet ars ipsa.

Aristoteles in lib. Poetices, cum διάνοιαν numerasset inter partes qualitatis, de ea breuiter est locutus, puto quòd uideret infinitum esse omnes complecti, & redigere ad artem. nam artem non esse illum putasse, uix adduci possum ad credendum.

Et appellantur haec σχήματα, quia σχέσιν habent, uel hanc, uel illam, seu qualitates, & status, ut Quintilianus.

Nunc & ad quos spectent figurae dicendum est, & earum omnis diuisio explicanda.

Vtrum ad mathematicos? utiq;, sed enunciantes tantùm σχέσεις, nam illorum sermo simplex est, & minimè moratus, ut docet Aristot. lib. Rhet. tertio.

Vtrum ad dialecticos? utiq;. sed enunciantes tantum σχέσεις etiam ad hos, quoniam probationibus tantum utuntur simplici quadam ratione, & sine ullo ornatu prolata.

Vtrum ad philosophos? eodem respondendum modo.

Vtrum ad historicos? non illae quidem tantùm enunciantes σχέσεις ad hos spectant, sed omnes, si oratorio debent loqui modo, & quae dictionum sunt potius, quàm quae sunt sententiarum, et illa quidem non omnes, sicuti alio loco commodius exponemus.

Spectant igitur ad poetas, & Oratores omnes sine exceptione, & ratio haec est, quia duae hae facultates ornatum recipiunt omnem, & patheticè, ac moratè loquuntur, nec simplicem tantum habent σχέσιν enunciandi.

Figurae autem sic diuidendae rursus, ut dicamus.

Figurarum, aliae { sunt poetarum tantùm. / sunt communes poetarum, & oratorum.

Nullae oratorum, quae non sint etiam poetarum, praesertim διανοίας. Tropis ambo

ambo utuntur, & si differunt secundum magis, & minus, & ratio est hæc. Quia diuersus est sermo poeticus ab oratorio, & ideo Aristot. lib. Rhet. 3. sub ipsum principium, tantopere laborat in distinguendis his, quibus liceat poetis, & oratoribus uti.

Figurarum:
- Aliæ sunt λέξεως tantùm, idest dictionis, eo modo, quo Quintilianus libro nono declarat. Nam Arist. hoc nomen λέξεως in Poetice accipit coniunctè, pro ipso scilicet sermone.
- Aliæ διανοίας tantùm.
- Aliæ communes sententiarum, & uerborum.

Ac ne longior sim, diligenter sunt distinguendæ. Ratio autem cognoscendi, sententiarum ne sint, an uerborum figuræ, tradita est ab Hermogene libro quinto τῶν ἰδεῶν pagella. 245. Item ab Alexandro Rhetore, libro primo. Celsus adijciebat figuras colorum nimia cupiditate ductus, ut inquit Quintilianus libro nono.

Quæri solet, priores ne natura sint Figuræ sentẽtiarum, an uerborum. Quintilianus putat priores esse figuras sententiarum, hac ratione; natura prius est concipere res animo, quam enunciare. uerùm de hac re aliàs, nam in utranq; partem multæ afferri possunt rationes.

Ita igitur sese habet Figurarum diuisio. dicamus primùm de his, quæ spectant ad simplicem significatum λέξεως.

Figurarum λέξεως:
- aliæ sunt ratione unius dictionis.
- aliæ plurium.

Sermo noster, uel Romanorum potius, constat ex popularibus uerbis, & proprijs, & usitatis.

Hæc propria, & usitata pelluntur de medio, cum uariatio sermonis fiat, & alia succedant in locum aliorum. non est semper hic sermo noster, aut unus, & idem (donec non corrumpatur totus) nec permanet eodem statu, sed mutatur paulatim, postea totus corrumpitur, et tunc est alius factus, et diuersus.

Aut à

Vetustis. | Peregrinis. | Nouis, & fictis.

Vetustis.

Aut totis, et diuersis.

Aut ijsdem, sed uariatis, aut per

- déptioně (ĩ pri me fi- cipio dio ne.)
- cŏtractioně (ĩ pri me fi- cipio dio ne.)
- dissolutionem cŏpositionis.

Peregrinis.

γλῶτται, si sequaris Aristot. Barbarismum, si sequaris Quintil. lib. I. cap. V. nonnulli βαρβαρὰν λέξιν distinguunt à Barbarismo. Et γλῶτταν dicas βαρβαρὰν λέξιν.

Nouis, & fictis.

ὀνοματοποιΐα ut clangor. ἀντονομασία ut pelides.

Scio has cŏnumerari ab alijs inter Tropos, sed non placet, quia Tropi non nisi in pluribus dictionibus dignoscuntur, at hæc in singulis, ubi de Tropis ita loquitur Alex. Rhet. hanc assignans differĕtiam uidetur uehementer peccare, in primo sui libro cum ait. ὁ τρόπος πῶς ἐν ὄνομα γίνεται ἀρετή. quod non uidetur esse uerum, et facile potest probari. Vnde etiam Quintil. rectè ait lib. 8. car. 478. Trăslata probari nisi in contextu orationis non possunt, quăuis Arist. in singulis dictionibus assignet metephoram, à genere, et à specie.

Contraria demptioni est additio.

Contraria cŏtractioni est. —— { Ampliatio. Compositio.

Contraria dissolutioni compositio est.

Quæ appellationes nominŭ nostræ sunt propriè, sed in antiquis dictionibus constitutæ fuerunt, ut cognosceretur differentia nostrarum, & ratio ipsas mutandi, ex usu tamen populari proueniens.

Hinc enasci uidebis.

περιπάληψιν.
ἐπένθεσιν.
πρόσθεσιν.

ἀφαίρεσιν.
συγκοπὴν.
ἀποκοπὴν.

ἐπισυναλοιφὴν.
διαίρεσιν.
σύνθεσιν.
τμῆσιν.

De quibus ueteres ita loquuti sunt, ut dicerent figuras esse proprias poetarum, qui ipsas dictiones ab usitatis uariassent, hoc genere figurarum. Veritas tamen ita se habet; Poetæ, aut alij scriptores, non quidem uariarunt ipsi per figuras has, sed reiectis usitatis dictionibus receperunt uetustas loco harum, quæ differunt ab illis eo modo, ut non figuræ sint appellandæ, sed potius signa quædam differentiarum inter usitatas dictiones, & uetustas.

Nostra

Nostra igitur sententia est has non esse figuras, sicuti grammatici putarunt. Sed quicquid de his, tum de Barbarismo, cuius tam multas species constituit Quintilianus libro secundo, tum de soloecismo dictum est, debere appellari nomine uetustatis, & peregrinitatis, idest γλωττῶν, ut ait Arist. exemplum fuerit. Induperator, aiunt Grammatici, esse ἐπένθεσιν. ego uetustam dictionem esse dixerim, ueteres enim Induperatorem dicebant, postea Imperatorem alij dixerunt.

Ac quidem omnes figuræ prædictæ λέξεως, si modo figuræ sunt dicendæ, propriæ sunt Poetarum. hoc autem esse uerum, argumento nobis in primis sit, quòd summus magister, ac diuino præditus ingenio Aristot. de his in libro Poetices loquutus est, in Rhet. autem ne uerbum quidem, nisi quatenus uitiosas esse demõstrauit, si oratores ipsis utantur, quoniam nimis poeticæ, ex quo etiam liquidò patet id, quod est à nobis dictum.

Grammatici quidem inter hoc genus figurarum connumerant συστολὴν, & ἔκτασιν, quod sanè ridiculum est. nam quis unquam audiuit syllabas præter naturam suarum literarum aut corripi, aut produci posse. Quòd si illi proferunt exempla, aut non sunt ex probatis autoribus, aut errata illorum auctorum potius dicenda sunt.

In hoc genere figurarum, connumerant etiam ἔκθλιψιν.

„ Vt multum ille, & terris.

„ Et uiuus per ora uirum.

Sed et hoc parum aduerterunt, nam credendũ est potius ueteres ita pronunciasse. Connumerant etiam συναλοιφὴν.

„ Vt Carthaginem, Italiam, in qua eadem ratio debet afferri.

Connumerant etiam antithesin.

„ Vt olli, pro illi, ollum, pro illum. Ridiculum et hoc est, nam non est hæc figura, sed uetus uerbum. Dicerem igitur ego, cum poetæ fugiant plebeium, & popularem loquendi modum etiam in ipsis dictionibus, & quærant τὸ σεμνὸν, uti dictionibus uetustis, & ita affectis. Hoc mihi demonstrauit Aristot.
„ in libro poetices, ubi ait. σεμνὴ δὲ καὶ ἐξαλλάττουσα τὸ ἰδιωτικὸν ἡ τοῖς ξενι-
„ κοῖς κεχρημένη. ξενικὸν δὲ λέγω γλῶτταν, καὶ μεταφορὰν, καὶ ἐπέκτασιν.

De Figuris λέξεως ratione plurium.

Dictum est de ijs figuris λέξεως, quæ sunt ratione unius dictionis, nunc dicendum de illis, quæ sunt ratione plurium.

Veteres siue Rhetores, siue grammatici, in sermone latino obseruantes structuræ, ac iuncturæ quoddam genus in nomine, et uerbo minimè simplex, ac tritum

figuras quasdam constituerunt communes, & poetarum, & oratorum, ut
ζεῦγμα.
πρόζευγμα.
σύλληψιν, *& reliquas huiusmodi omnes, quae etiam sub soloecismi nomine continentur. sed hae non uidentur mihi figurae dicendae, uerùm potius formae quaedam loquendi; magna ex parte à Graecis sumptae, quibus frequēter utuntur poetae nostri, praesertim Horatius, ut satis notum est.*

Ego igitur has reijcerem ad regulas structurae, & appellarem loquendi formas Graecas.

Quid enim opus est figurarum tot appellationibus frustra has loquendi formas complecti?

,,*Nec mauris animum mitior anguibus. & illud.*
,,*Fies nobilium tu quoq; fontium. & rursus illud.*
,,*Ludum insolentem ludere pertinax. Quae omnia & alia multa apud Horat. leguntur sumpta ex Graecorum loquendi consuetudine, ut patet. Grammatici uerò figuras appellarunt, & nomen suum singulis imposuerunt.*

Sunt etiam aliae figurae appellatae à Quintiliano libro octauo uirtutes, & uitia. sed hae meo iudicio non sunt figurae dicendi, uerùm potius quaedam nomina excogitata olim à Criticis, qui reprehendebant Poetas, Oratores, atq; Historicos, qualis Zoilus, & Aristarchus, & alij multi fuerunt.

Vitia Numero XVI.

ταπείνωσις.
μείωσις.
ἔλλειψις.
ἀμφιβολογία.
ἄκυρον.
ταυτολογία.
ἐπανάληψις.
ὁμοιολογία.
μακρολογία.
πλεονασμός.
περιεργία.
κακόζηλον.
ἀνοικονόμητον.
ἀσχήματον.
κακοσύνθετον.
καινισμός.

Verum sciendum est Criticos saepe decipi, nam uix credi potest probatos authores incidere in haec uitia, exempli gratia. Quint. in tautologia Cic. reprehendit, qui in hoc uitium saepe inciderit, fortasse id à Quintil. dictum, qui ignorans uerborum proprietates diuersas putauerit idem à Cic. bis repetitum. uel dicendum in oratione, quam Aristot. uocat ἀγωνιστικὴν, idest certatoriam, licere aliquando iterare dictiones idem significantes. Sed illud quod Quint. reprehendit eodem loco, non ne absurdum est, si illius sequaris iudicium.
,,*Verba Cic. sunt haec. Non solum illud iudicium iudi*
,, *cij simile Iudices non fuit. hanc ait Quint. esset tautologiam uitium, cum maxima potius uirtus sit. ut patet. Ac sanè ne reijciantus iam inuenta uocabula horum uitiorum, quae nobis inseruire poterunt, adnotanda.*

adnotanda aliorum scripta, meo iudicio Methodus aliqua constitui in his poterit, et appellari. Ars Criticorum. Dionysius Lōginus præclarus Rhetor hac utens arte, Timæum sæpe reprehendendit, Xenophontē, Platonem, et Herodotum; & omnes sanè reprehensiones ex hoc genere ducuntur, ex quo patet utilitas harum appellationem Criticæ artis, in probatis autem linguæ latinæ authoribus hæc non deprehenduntur uitia; tametsi à nonnullis Grammaticis impudenter fuerunt adnotata. Quod ut aptiùs cognoscatur, quale sit declaro. In uersu Vergiliano, quem citāt Grammatici, ubi explicant figuram ab ipsis appellatam acyron, idest improprium, sperare, pro timere. quid.n. uetat, ut dicas sperare etiam ad ipsum referre solitos ueteres. Rursus ubi loquuntur de figura, quam appellant pleonasmon, hoc utuntur exemplo. Sic ore loquuta est. quasi uero poetæ non eo modo loqui soliti sint. uel quòd alius est etiam loquendi modus per notas, & gesticulationes. Itidem in illo uersu. dare classibus Austros. hypallagen esse aiunt. Sed ego non uideo, cur non ornatius etiam dicatur; & aptius more poetico, dare uentos naui, quàm nauem uentis, uentos enim captant nautæ uelis expansis. Itidem in illo. Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Aiunt figuram esse hysteron proteron. Quam ego non agnosco, nam alij flammis torrebant, alij eodem tempore saxo frangebant.

Sunt & aliæ figuræ appellatæ ut diximus uirtutes.

Sunt autem Numero XI.

ἐνάργεια. *similitudo.* ἀνταπόδοσις. βραχυλογία. ἔμφασις. ἀποσιώπησις. ἀφέλεια. δείνωσις. φαντασία. ἐξεργασία. ἐπεξεργασία.	*Harum figurarum nomina magna ex parte sunt eadem cum nominibus figurarum διανοίας, ipso etiam Quintiliano fatente, ideo miror cur hæc ab illis separauerit, crediderim enim ego omnes figuras, quæ rectæ sunt: uirtutes esse in oratione.*

Sed his declaratis conemur iam Methodum constituere in figuris, seu formis loquendi secundum plures dictiones, ex quibus conficimus structuram, ut meritò hæ figuræ appellari possint structuræ. prætermissis igitur illis tritis, quas Grammatici considerant, intelligo autem ζεῦγμα, & reliquas huiusmodi.

Structura, quæ ex pluribus uerbis fit, constat.
- *ordine.*
- *commensuratione.*

Ordo immutatur in Structura, non quidem ab oratoribus, quia illi sequuntur popularem dicendi modum, sed à poetis, nam hæc summa in illis est uirtus.

Ordinis mutatio fit aut
- *Transpositione unius dictionis.*
- *Confusione plurium.*
- *Interpositione, seu parenthesi.*

hinc
- ἀναστροφή
- σύγχυσις
- παρένθεσις

Quarum primæ duæ poetarum tantum sunt, tertia communis, & poetarum, & oratorum, & ponitur à cæteris inter figuras uerborum. Ego putauerim esse figurā διανοίας potius, ut patet.

Consequitur, ut dicamus de commensuratione, quæ fit quatuor modis, qui sunt.
- διαίρεσις.
- ἀντίθεσις.
- παρίσωσις.
- παρομοίωσις.

Totidem autem esse facile probari potest, similitudine ædificiorum, quorum commensuratio ijs quatuor constat.

Hæc autem distributio sumpta est ex his quæ traduntur ab Aristotele libro tertio Rhet. Ex his patet oriri omnes figuras hoc ordine.

Numero XII. Ratione διαιρέσεως.

πλοκήν.
disiunctionem.
congestionem.
dissolutionem.
πολυσύνδετον.
asyndeton.
copulatam dissolutionem.
Gradationem.
συνεζευγμένον.
παραδιαστολήν.
ἐνδιάδυν.
σχέσιν τῶν ὀνομάτων.

Numero VII. Ratione antithesis.

Contraposita.
ἀντανάκλασιν.
ἀντίθετον. seu contentionem.
ἀντιμεταβολήν.
περιαπόδοσιν.
ἀνθυποφοράν.
διαλλαγήν.

Ratione παρομοιώσεως. { In princ. / medio. / fine.
Numero XI.

παρονομασίαν.
πολύπτωτον.
Iterationem.
ὁμοιοτέλευτον.
ὁμοιόπτωτον.
ἐπάνοδον.
ἐπαναφοράν.
Similem numerum.
ἀναδίπλωσιν.
ἐπίζευξιν.
ἐπανάληψιν.

Numero V. Ratione παρισώσεως.

Paria Contraria.
ἰσόκωλον.
πάρισον.
παρόμοιον.
εἱρμόν.

De Tropis.

Tropos redigere oportet ad membrum superioris diuisionis —— circa plures dictiones. Ordo quæstionum. quid sit Tropus, & unde dictus.

An Tropo conueniat prior nostra definitio.

An Tropi sint circa unam, uel plures dictiones.

Quintilianus libro octauo cap. sexto ait. Tropus est uel uerbi, uel sermonis à propria significatione in aliam cum uirtute mutatio, de qua re uide etiam Alexandrum Rhetorem libro de figuris. Hermogenes quoque libro 4. pag. 137. ait. Τρόπος est, cum non ex re supposita, sed aliena sumptum nomen ponimus ad significandum, & hæc metaphora uocatur à Grammaticis. Hæc ille. in quibus uerbis uide, ut nomine Tropi unam appellet metaphoram. Ideo fortasse etiam Aristot. libro Rhet. tertio, omnes Tropos redigere conatur ad metaphoram, & sic dissoluit Methodum aliorum Rhetorum. Quintilianus libro octauo, cap. sexto. Tropos sic enumerat.

Numero XI.
- Metaphora.
- συνεκδοχή.
- μετωνυμία.
- ἀντονομασία.
- ὀνοματοποιΐα.
- κατάχρησις.
- μετάληψις, *quam nonnulli addunt.*
- ἐπίθετον.
- εἰρωνεία.
- ἀλληγορία.
- παροιμία, *& placet.*

Aristotelis libro Rhet. tertio sub Metaphora constituit. —
- εἰκόνας.
- παροιμίας.
- ὑπερβολάς.

Quid de cæteris? quærendum an possint redigi ad metaphoram; & possunt quidem, nam habent analogiam, et erit regula. Omne, quod analogiam habet, ad metaphoram redigi potest, nam metaphora analogia constat. Sed sciẽdum in prædictis omnibus Tropis inesse analogiam, sed in nonnullis magis expressam, in aliquibus uerò non ita exactam; nam in synecdoche, in Antonomasia, in Ironia, leuis quædam est analogia. In catachresi, in metonymia, in metalepsi, in onomatopoœia, in allegoria, in epitheto, magis expressa. Sciendum tamen nõ omne genus epithetorum huc redigi, uerùm tantummodo ea, quæ metaphoram habẽt, ut si dicas. effrenata libido. Sed si quæras. cur Tropos omnes una metaphora sit complexus Aristoteles, quamuis in omnibus non insit analogia, respondeo, ea ratione factũ, quòd Arist. (ut in lib. poëtic. uidere est) quatuor modis metaphoram fieri docuit, ab analogia, à parte ad totum, à toto ad partem, & à specie ad genus. his igitur synecdoche, metonymia, & catachresis includi possunt. Propterea præclare est ab Aristotele dictum libro Rhet. tertio, oportere oratorem esse metaphoricum,

hoc

hoc est, exercitatum ad metaphoras inueniendas, unde omnis ornatus profici ſcitur, quamuis ibi de metaphora per analogiam loquatur, quæ oratori inſeruit, nam aliæ metaphoræ poetarum ſunt.

Sciendum autem hos tropos eſſe communes tum poetis, tum oratoribus, quamuis ab allegoria præſertim longa, à metonymia, à ſynecdoche, et à metalepſi, & à catachreſi abſtineant, (ut dixi) oratoris, reliquis uerò utantur non ſecus ac poetæ.

EIVSDEM DISPVTATIO quomodo, & cuiuſmodi in ſingulis orationum partibus artificium exquiri debeat.



ERMAGNI fuit negocij, tam infinitam, ac uariam ſyluam ſermonis, & uerborum, quibus homines inter ſeſe colloquêtes utuntur, redigere ad artem. Nec niſi ſummi uiri præſtare hoc potuerunt, qui diuina mente præditi omnia facilè dijudicare ſciunt, & ſuis certis quibuſdam ueluti locis ſeponere, ac ſepoſita ſuo, atque accommodato nomine ſingula appellare, ut ex generali illa appellationum, et uocabulorum conformatione ars conſtitueretur aliqua, quæ facilè uiam pararet ad res cognoſcendas. Neque dubito, quin multò maioris fuerit negocij arteis circa ſermonem cõſtituere, quàm circa res, quæ ſeſe ſecundum naturam habent. Nam ut à cœleſtibus primùm ordiamur, eodem modo cœli circunferuntur, atque agitantur; ſydera, ſol, æther, aer; perpetuuſq;, ac ſemper idem eſt eorum corporum curſus, uiciſſitudines temporum eædem, mutationeſq; in ſeipſas recurrentes. Generatio rerum ſenſu carentium, ac procreatio animantium ſemper eodem modo facta, interitus quoque. Corporum ſtructuræ in ſingulis animantibus eodem modo compactæ, ut non fuerit admedum difficile in rebus adeo certis, ac firmis ſcientiam conſtituere, & artem aliquam. At ſermonis noſtri, non unius quidem, ac ſimplicis, ſed multiplicis, ac uarij, addo etiam propè infiniti, ac immenſi certos quoſdam locos, ac ſedes, generaleis ueluti claſſeis, quibus continentur, demonſtrare, atque excogitare planè ſummæ fuit induſtriæ, maximi ingenij, ac ſingularis doctrinæ opus. Philoſophorum, qui benè ſubacto,

& exculto erant animo, hoc fuit inuentum. ne quis fortè putet Grammaticos, aut Rhetores, aut Dialecticos suas artes sibi constituisse. Philosophi & quidem summi Grammaticen conformarunt; Philosophi Rhetoricen constituerunt; Philosophi Dialecticen, et reliquas omnes arteis, ac disciplinas, quæ de sermonis humani artificio præceptiones tradunt, diuersa quadam ratione constituerunt. Omnium uerò difficillimum fuit, Rhetoricam appellatam artem, seu disciplinam constituere. Grammatica. n. nil aliud considerat, quàm aptam uerborum structuram. Dialecticè nudas argumentationes, & eas quidem paucas perpendit, omnemq; uerborum ornatum negligit, ut ne metaphoram quidem recipiat, sicuti multis in locis monet Arist. Eadem, ut uideas, quàm angustis se concluserit finibus, ne tempus quidem ullum, nisi instans, quod uocant, considerat, nam ex uerbo, est, omneis suas conficit rationes, ut Arist. lib. περὶ ἑρμηνείας docet, & Plato multis in locis. At Rhetorice omnes uerborum casus recipiens uarium, & multiplex conficit sermonis genus, laudat, reprehendit, hortatur, deterret, monet, incitat, consolatur, impellit ad lachrymas, precatur, deprecatur, irritat, delinit. quid multis? nullum denique sermonis, ac uerborum genus reijcit. Atque utinam in tanta uarietate una eadem nobis esset à ueteribus monstrata uia. Quotquot enim de hac arte scripserunt, tot etiam diuersas inter se uias ingressi sunt, ut si hunc sequaris, uereare ne alterum neglexisse tibi probro detur, ac incommodè accidat. Nec sanè in præsentia proposui aliquid de tota hac facultate dicendum. nam perquirere tantùm mihi in animo est certam uiam, ac rationem, qua perscrutari artificium debeamus in antiquorum oratorum orationibus. Tum enim demum eo cognito facilè ipsos imitari poterimus. Duo sunt, quæ perturbare omnes solent (nec fallor) in artificio quærendo, quod ad ueterum præceptiones redigere uolumus. Primum est uarietas in scribendo de arte, nam alij de statibus loquuti sunt, quibus omneis causas subiecerunt. Alij, ut Arist. ne uerbum quidem. De procemio quoque alij aliam tradiderunt rationem, itidem de narratione, & reliquis partibus, ut ob diuersitatem dogmatum, alij sicuti refert Quint. Apollodorei, alij Hermagorei dicti sunt. Dubitamus igitur, hórum'ne, an illorum sit uia ineunda. Alterum est, quod uidemus harum orationum interpretes in demonstrandis artificij rationibus, parum prosperè uersatos. Nam si tropum perquirunt, non monstrant argumenti genus, & locum. si locum, non sententiæ figuram. si uerba, non antiquitatem. Si hanc, non uerborum, & periodi ornamenta. Asconius antiquitatem forensem, & comitiorum morem, atque historiam præterea declarat, de arte nihil unquam; Syluius, Tislinus, Latomus, & alij leuiter omnia perscrutantur, neque ad solidam antiquorum Rhetorum disciplinam redigunt.

Nullus

Nullus denique certam adhibuit normam et rationem, ut cum ab una re discesserint, scias ad quam sint deuenturi. Conemur igitur nos methodum certam demonstrare, qua uti aliquis in oratorum scriptis explicandis, & eorum omni artificio perquirendo possit. Ac primum uideo statuendum, nos esse uenatores ueluti quosdam, quærimus enim quæ latent. At inueniri non possunt, si ignores quæ sint, quot sint, qualia sint, ubi sint. si enim perquiras aliquo loco, quod non illic esse solet, instar fueris eius, qui ὄνον ἐν σκυθίᾳ perquirit. Quatuor sunt, quæ efficere studet Orator in sua oratione, aut enim narrat, aut probat, aut amplificat, aut ornat. Videamus igitur quot sint quærenda, & ubi sint, & quo ordine quærenda. Partes quantitatem in oratione designantes sunt, Proœmium, Narratio, Partitio, Confirmatio, Confutatio, Epilogus. Totidem autem esse tum omnes Rhetores, tum Arist. etiam ipse lib. iij. Rhet. declarat. In Proœmio sunt ἰατρεύματα, sic enim uocantur ab Arist. Probat igitur Orator in eo, sed quoniam probationes simplices si fuerint & nudæ, non tantam habent uim. Amplificat quoque, et ornat, hoc est, tria ex illis quatuor, de quibus ante dictum est, efficit. Post probationes autẽ amplificandum, & ornandum esse docet Arist. libro Rhet. iij. ubi ait. οὐ
„ *δεῖ δὲ ἐφεξῆς λέγειν ἐνθυμήματα ἀλλὰ ἀναμιγνῦναι. Et paulò post. καὶ*
„ *μὴ πάντων ζήτει ἐνθυμήματα. Sed redeo ad primum. In Proœmio probat Orator, argumentatur igitur, & enthymemata adhibet, ergo enthymemata sunt in Proœmio quærenda. Mirum hoc alicui uideri potest, quòd dixerimus in Proœmio esse enthymemata, et probationes; enim uerò sunt. In Epilogo quoque, nam hæ partes sua, & separata habent problemata, ad quæ probationes, & enthymemata referuntur, quod quale sit paulò post explicabimus. In narratione, quæ ut Quint. ait, ueluti seminarium quoddam est confirmationis, & confutationis, duo efficere conatur Orator, narrat enim, & ornat. Propterea inquit Arist lib. Rhet. iij. γνώμαις δὲ χρηστέον ἐν διηγήσει. In confirmatione, & confutatione tria fiunt ab oratore. probat, amplificat, & ornat. Nam, ut ante etiam dicebamus, probationibus debet intermisceri amplificatio, & ornatus. In Epilogo probat Orator, amplificat, & ornat. Probationes, si Aristotelem sequaris, fuerint in epilogo ἠθικαὶ tantùm, & παθητικαὶ, non autem λογικαί. Ideo dicebat idem Arist. libro Rhet. iij. ὅταν πάθη ποιῇς μὴ λέγε ἐνθύμημα. Verum ego unum tantùm genus esse existimarim probationum, λογικῶν scilicet, non triplex, quod alio in loco commodius explicabimus. Habet autem Epilogus suum problema separatum, sicuti & Proœmium habere debet. His declaratis, iam dicendum quæ in singulis partibus sint quærenda. In Proœmio si Orator probat, perquirendum est problema, nam ad id probationes referuntur omnes, quæ quales sint,*

quibusq; è locis ducantur considerandum, quod quâ ratione fieri possit posteà declarabimus. Post probationes, si itidem amplificat Orator, quærenda qualis sit amplificatio. Ea triplex est ab Arist. demonstrata, quòd solus, quòd primus, quòd cum paucis, quamuis & alia genera amplificationum quærenda, de quibus suo loco dicemus. Iam uerò in Procemio etiam si ornat Orator, quærenda ea, quibus ornatus omnis continetur. Eæ autem sunt figuræ, tum sententiarum, tum quæ Tropi appellantur. numeri prætereà. hoc autem commodè fieri non potest, si quis figuras non pernoscat, quot sint, & quales sint, quo ue nomine appellentur. In his uerò perdiscendis summa diligentia adhibenda, quoniam sine ipsis, neque degustare ueterum suauitatem in scribendo possumus, nec in Latinum uertere, nec certa quadam imitari ratione. Verum nos alio loco de his copiosè egimus, reiectis omnium antiquorũ sententijs, qui de hac re loquuti fuerunt. Sed quoniam iam patet quid in quibus sit quærendum partibus, dicendum etiam quo ordine singula quæri debeant. Ac primùm in Procemio, mox in alijs partibus. Si in Procemio probat Orator (ut dixi) erit primò quærendum, quale sit problema propositum, nam eò spectat omnis probatio. Problema inuentum debet conflari, & redigi in terminos suos quàm paucissimos, hoc est duos, subiectum & prædicatum; subiectus terminus in problemate, aut ex indiuiduo ducitur aliquo, aut ex genere medio, quod ὑπάλληλοι Græci uocant, aut ex genere supremo, quamuis postremum hoc uix Oratorium est. Prædicata uox, aut ex genere medio sumitur, aut supremo, aut accidente aliquo. Media genera sunt maximè apta ad constituendum problema. Oratores tamen ex indiuiduis conficiunt magna ex parte suam hypothesim, quamuis in procemio magis priore genere uti uidentur, hoc est problemate generis uocem subiectam habente, & fit Thesis, à Rhetoribus appellata. In primario problemate causa, de qua agitur (statum uocant alij) secus sese res habet, nam hypothesis illa sit, necesse est. Sed in procemio tale esse problema, quale esse diximus, demonstremus exemplo. Cic. pro Milone, ita exorditur: Etsi uereor ne profortiss. uiro, & quæ sequuntur. Problema est, an deceat pro uiro bono dicentẽ timere, hoc probat. Nouitas terret, præsidium armatorum, et cæt. Quo in loco considerandum quale fuerit problema, aut enim probabile sit, necesse est, aut necessarium, tales enim probationes erunt. Alterum exemplum fuerit ex oratione Cic. de lege Agr. ad Pop. nam problema est. An deceat Ciceronem Consulem esse uigilantem, hoc problema ὑποθέσει simile est, quamuis ut antea diximus, magna ex parte Proœmiorum problemata sint similia θέσει. Iam uerò inuento problemate, & redacto, ut docuimus, ad suos terminos, alterum subiectum, alterum prædicatum, separatim fuerit subiectus terminus sumendus, & quatuor considerandas

randa, quæ sint illius αἰτιπερίφοντα, quæ antecedentia, quæ consequentia, quæ repugnantia, ut locos inueniamus ad argumentandum. Quòd si subiectus terminus fuerit indiuidua uox, ut An Clodius uiolarit sacra Deæ, inuestigabimus aliquid ex prædictis quatuor, quoniã non omnia ad indiuiduum terminum possunt accommodari, nam indiuidua non definiuntur, ergo non habent αἰτιπερίφοντα, non habent itidem contraria, quia substantia quædam sunt, ut patet, habebunt igitur præcedentia tantùm, & consequentia, & quoniã præcedentia et consequentia, alia remotiora, alia propinquiora sunt, alia secundum ueritatem, alia secundum opinionem, alia essentialia, alia accidentalia, et horum alia uera, alia secundum opinionem, ut exemplis declarabimus postea, oportet singula diligenter expendere, sic enim inuenientur loci. Atque res ut magis pateat demonstro. Problema est, An Clodius uiolarit sacra Deæ. Clodius uox est subiecta indiuidua. Præcedentia huius sunt, Patria, genus, parentes, habitus, affectus, educatio, consuetudo, studium, facta, dicta, & reliqua huiusmodi, quæ referuntur à Cic. lib. de Inuentione primo cap. de confirmatione consequentia sunt. Et eò libentius hæc narro, ut qualia sint cognoscatur, & quomodo methodus illa Ciceronis cum hac nostra, quæ ex Aristotele desumpta est, consentiat. Varia enim ratione ueteres artem hanc descripserunt, ut difficile sit aliquando cognoscere, quid quisque sequutus sit in scribendo. Sed nimirum præ Aristot. omnes confusè scripserunt, nec ad suum certum ordinem singula redegerunt. Illi igitur, ut patet, loci sunt proprij, quo modo appellat Arist. lib. Rhet. primo, hoc est pronunciata, ex quibus confici ratiocinatio, & enthymema potest, & quoniam loci proprij pendent ex communibus, et proprij inueniri non possunt, si prius non inueniantur communes. Communes autem loci sunt à præced. à conseq. à repug. ut patet satis. prius debent communes inueniri eo, quo dictum est, modo, ex subiecta uoce problematis, siue indiuidua fuerit, siue generica. Atque cum omnes fuerint inuenti hi, mox consideranda uox problematis altera, quæ prædicata dicitur. αἰτιπερίφοντα. præced. conseq. & repug. consideranda, quæ cum deducuntur in suam materiam, loci proprij iam apparent subiecti illis communibus, ueluti quibusdam formis, & longa classis tum anteced. tum conseq. tum repug. potest institui, ut in hoc problemate. An bellum sit gerendum cum Turcis. Bellum est subiecta uox. præced. bellum, sunt arma, pecuniæ, milites, duces, iniuriæ non ferendæ. Conseq. bellum, sunt imperij finium propagatio, uictoria, lætitia, triumphus, præda, liberum iter, seu nauigatio, & alia huiusmodi. Itidem populatio agrorum, cædes hominum, concrematio ædium, luctus, pauor, pericula, uiolatio sacrorum, et si quæ sunt huiusce generis. Ex quolibet horum præced. & conseq. longa classis institui


potest locorum propriorum, qui suberunt illis locis communibus. Locus communis erit unus, qui locos proprios habebit sibi subiectos multos. Iam opinor satis patet, quomodo inuento problemate, & redacto ad suos terminos, loci communes inueniantur, mox etiam proprij, quæ omnis seges est probationum. Sed quoniam loci communes Topici decem & octo numerantur, quærere posset aliquis, qua ratione deducantur ex quatuor præmonstratis fontibus. Sciendum igitur αἱ πηρίφοντα subiectæ, seu prædicatæ uocis, treis continere locos. definitionem, enumerationem partium, & notationem, quæ sanè cum uoce ipsa seu subiecta, seu prædicata (nam utrinque ducitur argumentatio) conuerti possunt. Præterea, ex anteced. quatenus essentialia sunt. pendent loci à genere, à specie, à toto, à partibus, à causa, à conseq. postremò deducuntur loci secundum opinionem à simili, à maiori, à minori. Hactenus declarauimus primũ illud, quod in proœmio efficere studet Orator, quatenus scilicet probat, & de problemate, quod in proœmio esse demonstrauimus, loquuti fuimus docentes ex ipso probationes duci, locosq; tum communes, tum proprios inueniri, ex quibus ipsæ probationes. Nunc alterum, quod secundo loco efficere Oratorem in proœmio dicebamus, explico. Præterea, amplificat Orator, nam probationem sequitur amplificatio, ut res maiorem habeat uim. Omnis amplificatio aut ducitur à persona, aut à loco, aut à tempore. A persona cum ducitur, triplex est, quòd solus, quòd primus, quòd cum paucis, reliqua patent. Sed si quæras fortasse, an amplificationes ducantur ex problemate, utique eodem planè modo & rediguntur ad locos communeis, à maiori, à minori, à pari, à simili, qui quidem loci nascuntur à conseq. alterius termini problematis, nam res cum est, consequitur, ut uel sit maior altera re, quæ prius est facta, uel minor, uel par, uel similis. Superest tertium, quod dicebamus efficere Oratorem in proœmio. ornat enim omnis uerò ornatus primùm in figuris διανοίας, deinde in tropis, ac metaphora præsertim, quæ cæteros omneis, si Arist. credas, complectitur tropos. postremò est structura. Et figuræ quidem διανοίας primùm perquirendæ. Quoniam autem satis constat, nullum ex ueteribus de ijs rectè loquutum fuisse, neque certum in ipsis ordinem constituisse, nos postea diligenter agemus ita, ut sua methodo omnes contineantur, & distributio ipsarum cognoscatur qualis sit, & qua ratione facta, ut, cum fuerit opus, facilè possit unusquisq; quamlibet cognoscere, & inuenire. Ordine hoc sublato, citius stellam in cœlo inuenias, nesciens quo loco sita sit, quàm figuram aliquam in libris Oratorum, ex horum Rhetorum præscripto, qui tam confuse omnia scripserunt. Hoc ideò dictum uelim, ne quis instar Chærili illius mali poetæ conqueratur, nihil sibi relictum à ueteribus, in quo præclarè operam suam ponat. Ego hoc loco, ne

longior

longior sim, omnia hæc, eo ordine, ac modo perquiri uelim, qui est à me præscriptus in disputatione, quam habui de figuris, nam illic, quicquid ad sententiarum, & uerborum ornatum spectat, præterea id totum, quod ad periodi, & eius membrorum (κῶλα Græci uocant) constitutionem, postremò etiam ad numeros pertinet copiosè declarauimus. Hactenus omnia exposita sunt, quæ & quot in proœmio perquiri debent, & quo ordine. Nunc dicendum, quot, & quo ordine in aliis orationis partibus sint perquirenda. Ac quidem pars proxima proœmio est Narratio. de hac igitur primùm dicamus. In Narratione, si duo, ut ante diximus, efficit Orator, hoc est, & narrat, & ornat. primùm quatenus narrat, rem ponit ob oculos, et simplici quadam utitur oratione, ut perspicua sit. ideo quærere oportet figuras διανοίας tantùm simplices, non quæ τῶ πάθους à me uocantur. non enim hæ insunt in Narratione. sed quærat aliquis, et dicat. nónne in Narratione probationes insunt, quia quod narrat debet etiam probare. Respondeo, in Narratione nullam esse probationem, sed tantùm semina quædam, & principia probandi, quibus Orator postea utitur in confirmatione, & confutatione. Ideo cautum oportet esse Oratorem, ne, dum narrat, et principia tantùm dispergit probationum, etiam imprudens probet, aut refellat. sic. n. exhauriret totam confirmationem & confutationem. Principia & semina illa probationum, cum uellet significare Arist. lib. Rh. 3. dixit Narrationem debere esse ἠθικὴν, quomodoq; confici posset declarauit. Quatenus enim hunc iracundum & crudelem demonstro declarans in narrando qualis sit ipsius προαίρεσις, iacio semina futurarum probationum, hunc cædem illam patrasse, de qua quæstio nobis proposita fuerit. Sed quoniam ornat etiam Orator narrationem. in ea oportebit perquirere omnia illa, quæ ornatum conficere docuimus ante in proœmio, nec enim est necesse ut repetamus. Hoc unum tamen sciendum. parcius apponi ornatum in Narratione, quàm in Proœmio, ne nimium fucata uideatur. Atque hæc hactenus dicta sint, ut declaremus quid in narratione perquirendum, & quo ordine. Nunc dicamus de Confirmatione, & Confutatione. Verùm cum totidem fiant in his, quot fieri docuimus in proœmio, non uidetur necesse, ut rursus in medium ea afferamus. planè igitur eadem eodem ordine in his sunt perquirenda. Et quamuis ea, quæ illic à nobis dicta fuerunt, in hunc locum reseruanda erant. quòd hæ partes primariæ sint in oratione, et in ipsis potissimum probationibus habent locum, tamen ut insitam in animis hominum opinionem euelleremus, putant enim in proœmio non esse probationes, ibi methodum totam explicare placuit. In Epilogo eadem tria efficere studet Orator, quæ in proœmio, & confirmatione. eodem igitur ordine, et modo quærenda sunt, ita tamen, ut etiam ipsi Epilogo suum

problema constituas eadem, qua docuimus ratione superius. nam sic argumentationem, & locum inuenies facilè. Post quæ, figuræ sententiarum & Tropi, & postremò periodi artificium erit quærendum. Hæc sunt meo iudicio seruanda in ueterum orationibus legendis, methodusq; hæc adhibenda in artificio conseruando. Sic enim fiet ut nihil nos subterfugiat, quod uel ad probationes & locos, uel ad ornatum spectet. Nunc superest ut dicamus, quomodo perquirenda sint ea, quæ ad notionem antiquitatis (sæpe enim per totam orationem, & multiplex quidem diffunditur) pertinent. Sed hæc reijcimus in alteram disputationem, nam ad rem propositam non pertinet.

EIVSDEM METHODVS perquirendi artificij in scriptis poetarum antiquorum.



SCRIBIMVS *indocti, doctiq; poemata passim, inquit Horatius, ita planè est; omnes poetæ uideri uolunt, nec tamen certam artem scribendi, aut ueteres imitandi tenent. Nullum autem genus est hominum adeò durum, ac seuerum, quod à musis sit alienum; delectant ea etiam hos superciliosos Catones; inciditq; sæpe tempus, quo honestè animum relaxare possimus; quamuis quis neget in poetis res quoque graues inesse, quæ neque philosophos non deceant, nec uiros summos? quare operæ precium putaui si rationem, & uiam aliquam monstrarem, qua perquiri artificium etiam in poetarum scriptis, debeat; quam etiã in scribendo aliquis sequi potrit. Explicationum poeticarum ratio, quam ego excogitaui, octo constat partibus, Argumento. Capite. Epicheremate, Connexione figurarum sententiæ. Connexionis explicatione, immutatione locutionis. Figuris uerborum, & structuræ. Collatione, & declaratione. quæ quales sint, & cur hoc ordine à me constitutæ, breuiter explico. Argumentum id est, quo continetur sententia totius poematis; docet Aristot. in lib. de arte poetica debere ad summam quandam breuem redigi, id quod poemate proposito continetur; Sic enim fit, ut ipsius constitutionem, ac delineamenta omnia perspiciamus, et cognoscamus τὸ πρῶτον illud, quo omne poematis artificium constat, nec alia est ratio perspiciendi, quo modo singulæ partes cohæreant aptè; an aliquid repugnet prioribus. Videas*

enim

enim interdũ homines parum prudentes in scribendo pugnantia loqui, et absurda. Caput est ab Hermogene κεφάλαιον uocatum lib. de inuentione tertio, quem hoc tempore sequor ducem. illud ex argumento pendet, ac continet id, quod in quæstionem uenit, & est ueluti σκοπός, ad quem tendunt probationes omnes; differt autem ab argumento, quoniam argumentum rei narrationem propositæ breuem continet. κεφάλαιον uerò elicitur ex argumento, nec narrationem continet, sed quæstionem, quæ ex narratione educitur. Epicherema necessariò consequitur τὸ κεφάλαιον; est enim argumentatio, & probatio, qua confirmamus id quod est ἐν κεφαλαίῳ positum, & ratio conficiendi Epicherematis ea nunc à me sumetur, quam tradidit Hermogenes; est enim maximè accommodata ad poetarum explicationem, nec difficile fuerit hanc Epicherematum rationem redigere ad locos, quos Topicos uocamus; & coniungere cum ea uiam, quam ingressi fuimus, dum oratores interpretaremur; quamuis Hermogenes Epicheremata hæc adaptarit ad Demosthenem, uel ex ipsius orationibus potius confinxerit, & ad artem redegerit. Nobis libuit in Ciceronis orationibus explicandis aliam sequi uiam, quæ ab Aristotele in primis, sed & alijs rhetoribus monstrata fuit. Epicherematum scio alia oratoria dici, alia philosophica, atque horum alia naturalia, alia moralia; Oratoria quæ dicuntur, etiam poetica esse possunt, nam poeta, sicuti & Orator sese accommodat ad popularem loquendi rationem; quamuis et philosophica fortasse usurpat poeta; quod oratori nunquam licere existimo. Antequam Epicheremata inuenias, est constituendum in disputatione τὸ κεφάλαιον. Sic. Fodiendũ esse isthmum Byzantijs. Mox Epicheremata quærenda, ducuntur autem ex circunstantijs sex. προσώπου, πράγματος, τόπου, χρόνου, τρόπου, αἰτίας. atque probationes hæ singulæ dicuntur Enthymemata ab Hermogene. Sequitur ἐργασία duplex, altera quæ ducitur ab exemplo; altera à collatione; quorum utrunque tractatur ex circunstantijs illis sex. Collatiotionem appellat Hermogenes παραβολὴν, & duci uult ab animantibus, quæ ratione carent. Atque ex his circunstantijs non omnes quidem sumuntur semper, neq; eodẽ ordine, sed sicuti res postularit. Nec est ꝙ quisquã credat talia Epicheremata etiam ad laudationes, quas persæpe tractant poetæ, non posse accommodari, de qua re ego in præsentia loquerer, si necesse putarem. Probationes quæ in ἐργασίᾳ collocantur ex ijdem illis circunstantijs sex ductæ ab Hermogene uocantur Epenthymemata. De Epicheremate hactenus, quæ tertia erat pars. Nunc quartam explico. Ea est Connexio Figurarum Sententiæ. Hæc facit ut uideas, qua ratione hoc sit cum illo coniunctum; cur hoc dictum, cur dici debuerit; nihilq; aptius fuisse cognoscas, uel si quid minus aptum sit, facilè perspicias. Et quoniam Figuræ sententiarum aliæ sunt

παθητικά, aliæ nō sunt, sed simplices; Licet intueri cur hoc genus magis, quàm illud fuerit adhibitum; cur hi Tropi, & uerborum figuræ cum illis sententiarum coniunctæ. Quinta pars est, Immutatio locutionis. Ac quomodo fiat, et si copiosè alibi explicatum à nobis fuit in oratione de formis, dicam tamen aliquid hoc loco. Popularis immutatur sermo interdum, cum non eo modo loquimur, quo uulgò solent homines inter se, nec tamen alienis utimur uerbis; (non enim est quod quisquam credat) præterquam si fabularē sequamur rationem. Nos de toto hoc genere immutandi copiosè locuti fuimus in oratione de formis, ut ante etiā diximus. nam et ueterū testimonio sententiā nostram comprobare studuimus; Nunc addere libet nonnulla, ut omnes intelligant, quàm certa hæc sit ratio docendi. Dionysius Longinus Rhetor præclarus, quem ueteres ob multam eruditionem βιβλιοθήκην dicere solebant, in eo libro, quem scriptum reliquit περὶ ὕψους. pulcherrimam rationem demonstrat grandis orationis conficiendæ, à nullo alio ante traditam. aitq; sumendas esse ad singularem rerum descriptionem circunstantias earum ἐκ τῶν ἄ-
» κρων, & ἐπιπομένων. ut ipse uocat. Verba illius sunt hæc. φέρε νῦν εἴ τι
» καὶ ἕτερον ἔχοιμεν ὑψηλοὺς ποιεῖν τοὺς λόγους δυνάμενον ἐπισκεψώμεθα.
» οὐκοῦν ἐπειδὴ πᾶσι τοῖς πράγμασι φύσει συνεδρεύει τινὰ μόρια ταῖς
» ὕλαις συνυπάρχοντα. ἐξ ἀνάγκης γένοιτ' ἂν ἡμῖν ὕψους αἴτιον τὸ τῶν ἐκφε-
» ρομένων ἐκλέγειν ἀεὶ τὰ καιριώτατα, καὶ ταῦτα τῇ πρὸς ἄλληλα ἐπι-
» συνθέσει, καθάπερ ἕν τι σῶμα, ποιεῖν δύνασθαι, ὁ μὲν γὰρ τῇ ἐκλογῇ τὸν
» ἀκροατὴν τῶν λημμάτων, ὁ δὲ τῇ πυκνώσει τῶν ἐκλελεγμένων προσάγεται.
Præcipit idem Longinus in colligendis rerum circunstantijs, non esse reci-
» cipienda, quæ leuia sunt. Nam ait. ἀλλὰ τὰς ὑπεροχὰς ὡς εἴποι τις ἀριστίν-
» δην ἐκκαθήρας συνέθηκεν οὐδὲν φλοιῶδες, ἢ ἄσεμνον, ἢ σχολικὸν ἐγκα-
» τατάττων διὰ μέσου. (laudat enim Archilochum. Demost. Aratum, &
» Homerum, quorum exempla protulerat) λυμαίνεται γὰρ ταῦτα τὸ ὅλον ὡσα-
» νεὶ ψύγματα ἢ ἀραιώματα μεγέθη συνοικονούμενα τῇ πρὸς ἄλληλα
» σχέσει συντετειχισμένα. quod uideas aptè factum ab Horatio, Catullo, Tibullo, Vergilio, Propertio, & alijs latinis poetis, ubi hyemem, uer, æstatemq; describunt, aut naufragium explicant, aut metum, inuidiam, amoremq; exprimunt. Exemplum attulit Longinus artificij huius oden Sapphûs perelegantem, ac lepidam. quam quia, cum corruptissima illic legeretur, emendasse mihi uideor, ita ut facilè intelligi possit hic apponendam censui.
» Verba Longini hæc sunt. οἷον ἡ σαπφὼ τὰ συμβαίνοντα ταῖς ἐρωτικαῖς
» μανίαις παθήματα ἐκ τῶν ἐπιπομένων, καὶ ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἑκάστο-
» τε λαμβάνει, τοῦ δὲ τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυται, ὅτε τὰ ἄκρα αὐτῶν, καὶ
» ὑπερτεταμένα δεινὴ ἐκλέξαι, καὶ εἰς ἄλληλα συνδῆσαι φαίνεταί μοι.

Ode

,, Ode uerò sapphus hæc est. Κῆνος ἴσος θεοῖσιν ἐμπρέπων ὕρως. Reliqua legi possunt libro primo nostrarum emendationum cap primo illic enim quàm emendatissima est, & suis inclusa metris. Longini etiam liber extat à me primum editus, & Basileæ ab Oporino impressus, uerè aureus, quem omnes studiosi artis dicendi plurimi facere debent. Ego tam multa ab eo authore me didicisse fateor, ut illi plurimum debeam; quis enim aptius ueterum scripta dijudicauit? quis apertius artem ostendit? & ipsam cum natura coniunxit. tunc enim demum mihi ars probari posse uidetur, cum naturæ respondet. Verùm de his aliàs copiosius loquemur, nunc redeo ad institutum sermonem. Post immutationem sermonis, de qua locuti fuimus, est à nobis collocata ratio omnis figurarum uerborum, & structuræ, de quibus nihil in præsentia dicam, nam & quæ sint, & quot sint, & quam uim singulæ habeant alibi est à nobis declaratum. Collatio autem qualis sit patet, cum enim eadem sententia bis, aut ter, uerbá ue eadem sint ab authore eodem prolata, aut alio, qui eadem floruerit ætate, magnum adiumentum id uideri potest ad loca obscura illustranda, & intelligenda. Declaratio, quam postremo loco statuimus, uulgarem persequutur rerum, ac uerborum notionem, nec de ea pluribus est ut agamus. Hæc est à me excogitata ratio in poetarum scriptis perpendendis, & explicandis. tunc enim demum putandum est aliquem ueteres poetas nosse, cum illorum artificium norit.



ARGVMENTVM.

Aequum esse, ac fas, lugere mortem Quintilij uiri optimi; sed abstinendum à luctu, et lachrimis. quòd nihil proficit lugendo, nec reuocari ad uitam possit Quintilius, æquoq; animo ferendum, quod necessitate accidit naturæ, nec inmitari potest.

κεφάλαιον *duplex.*

Lugendam esse Quintilij uiri boni mortem.
Non Lugendum, etiam si sit causa Lugende.

Quis desiderio

Connexio Totius odem.

1 πύσμα. 2 ἀποστροφὴ ad *Musas,* & δέησις. 3 μετ' ἐπαίνου. 4 ἀγανάκτησις.
5 *Concessio,* & ἀντίρρησις. 6 *Asseueratio.* 7 ἐπιφώνημα.

Fig. Sent. πύσμα.	Explicatio. Fig. Sent.	Epicherema.	Locutionis immutatio.	Fig. Verb. Et struct.
In apostrophe, petitio gusta ostenditur, quia δύναμις monstratur, et est Epicherema. ἀπὸ προσώπου, & ἀπὸ τόπου.	*Ne aliquis diu lugeat, obstant.* duo { *Lex. pudor* } *Illa iubet, ut lessus fiat intra modum. Hic facit, ut turpe uideat tamdiu lugere.* Co. *Tac. in l. de Germanorũ. moribus. Honestum Fœminis lugere. Viris meminisse. Vnde ille. Premit altum corde dolorem. Tolluntur hæc duo Epicheremate sequenti.*	ἀπὸ προσώπου. ἀπὸ αἰτίας.	*Capitis) pro hominis.* μεταφορά. *ut Aristot. in poe. à parte.* ὦ μιαρὰ κεφαλή. *Demost.* *Fabul. loc. Melpomene incipe. Nam calles artem cauẽdi, & pulsandi citharam. Cui Pater. & cæt.* *Lugubres cantus.* περίφρασις *neniæ.* μεταφορά. *Liquidã uocẽ. Arist. lib. 1. Top.* λιγυρήν, καὶ μέλαιναν φωνήν. *assam uocem latini.*	

Fig. Sent.	Explic. Fig. Sent.	Epicherema.	Loc. Imm.	Fig. verb. Et struct.
ἀγανάκτησις	Maxime cõuenit in dignatio dolẽtibus ob mortẽ alicuius boni. Ouid. in Tib mortem. Crudeles Diui, serpens nouus exuit annos. Hæc non est commiseratio, sed νέμεσις. Vide Arist. lib. Rh. 2	ἀπὸ προσώπου. ἀπὸ αἰτίας. etiã quod bonus. quod fieri plenus. quod integer. Nullus par illi uirtute.	περίφρασις.	προσωποποιία. & ἐνέργεια. Inuenit.
Et desinit in πύσμα.			perpetuus sopor.	
			ἐπίθετα. Nomini. quàm accommodata.	

Multis ille quidem.

Fig. Sent.	Explicatio Fig. Sent.	Epicherema. ἀπὸ προσώπου, et αἰτίας.	Immutatio Loc.	Fig. Verb. Et struct.
Concessio, & ἀντίῤῥησις:	Ab altera parte lugendum. iustam habet causam lugendi, quòd amiserit amicum carum, & excusandus. Ab altera parte non lugẽdum. quia nihil possint lachrymæ. Partim igitur concedit, partim dissuadet, ne frustra lugeat.	quòd flebilis. quòd tibi. ἀπὸ πράγματος, quòd frustra.	Non ita creditum poscis. Deos μεταφορά, & ἐνάργεια.	παρονομασία. Flebilis. flebilior.

Fig. Sent.	Explicatio Fig. Sent.	Epicherema.	Locutionum Immut.
Asseueratio.	Asseuerat cõstanter, quod est ἀδύνατον. & eo ipso utitur exemplo, quo ille poterat uti.	ἀπὸ πράγματος ἀπὸ αἰτίας, & ἐργασία ἀπὸ παραδείγματος.	Eadem. μεταφορὰ ἀπὸ προσώπου. quòd inexorabilis Mercurius. à parte ad totum. auditam.
			ἐνάργεια, & προσωποποιΐα. ideo addit. auritas quercus.
			Sãguis μετωνυμία.i.uita.
			Fabularis locutio. Vanæ imagini. .i.cadaueri.

ARGVMENTVM.

Suadet Sestio, ut appetente uere, hilaritati se dedat, & Genio indulgeat, quoniam semel moriendum est; & breui quidem.

κεφάλαιον.

Vere appetente, uoluptati indulgendum.

Soluitur acris.

CONNEXIO TOTIVS ODES.

παραδιήγησις.	προτροπή.	γνώμη.
Fig. Sent. — παραδιήγησις. — Explic. Fig. Sent. — *Qui hortatur aliquem, prius ponunt προτροπὴν. aliquando prius παραδιήγησιν, in qua insunt Epicheremata.* — Epicherema. — ἀπὸ χρόνου.	Locutionum Imm. — Locut. ἐκ τῶν ἄκρων, ἢ παρεπομένων. *Vide Dionysiũ Longinũ.* — Locutio Fab. *Iam Citherea chores ducit Venus.* — περίφρασις. *Alterno terram quatiũt pede.* — ἐπίθετα. *facile considerari possunt.*	Fig. Verb. Et struct.

Hoc loco Horatius Epicherema præposuit in paradiegesi. In medio locauit προτροπὴν. postea addidit postremo loco aliud ἐπιχείρημα, quod est inclusum γνώμῃ.

Quòd si cõsideres, erunt Enthymemata. prius quidem, ut contineat duas partes, propositiones scilicet, & conclusionem. quarum altera est in παραδιήγησει. Conclusio est in προτροπῇ.

Alterum Enthymema sequitur. quod est ἐν γνώμῃ & habet propositionem tantùm; Nam conclusio interposita inter duo Enthymemata, inseruiebat etiam huic posteriori.

Nunc decet aut uiridi.

Fig. Sent.	Explicatio. Fig. Sent.	Epicherema.	Locutionum Imm.	Fig. Verb. Et Struct.
περίστασι.	Et cum hortaretur Horatius ad uoluptatem, & relaxationem animi, exprimereq; uellet uoluptatis genus honestum, quod in suburbanis percipi solet, Coronationē, simul & sacrificium est complexus, quia coronati sacrificabant, et epulabantur.	Hic non est Epicherema. quia hoc est κεφάλαιον ipsum. N.	ἐκ τῶν παρεπομένων.	ἐπαναφορὰ. Nunc Nunc. Maximè conueniens περιστάσῃ si consideres.
			Caput impedire myrto. & uidetur esse quadam περίφρασις.	

Fig. Sent.	Explicatio Fig. Sent.	Epicherema.	Locutionum Imm.	Fig. Verb. et struct.
γνώμη.	Superius dicta sunt ea, quæ ad propositū spectabant.	ἀπὸ αἰτίου, quia breui morimur.	Pallida mors pulsat. μετωνυμία.	προσωποποιΐα. Mors pulsat, & ἐνάργεια.
			Tabernas pauperum. Regū turres pro opulentis, & paup. μετωνυμία. Id quod continet, ab eo quod continetur. Quint. lib. 8.	
			Vitæ summa μεταφορά.	
			Locutio Fab.	
			Iam te premet nox, Fabulæq; manes, et domus exilis Plutonia.	
			Nec regna uini. i. non eris rex conuiuij, nō epulabere. ἀπὸ τῶν ἑπομένων, uel synecdoche, ut Quintil. libro octauo.	

EIVSDEM

DE FIGVRARVM RHETORICArum quæ ad ſententias, & uerba ſpectant natura, & utilitate, quomodoq; ad claſſes redigi debeant pro ratione perturbationum animi.



VNC STATVI, *quia oratorij ſermonis ratio omnis, & artificium ducitur ex affectionibus animi, quæ ſunt in loquente oratore, perſpectis, ac dijudicatis omnium ueterũ, qui de figuris ſententiarum locuti ſunt, diſputationibus, ſingulas ſuo ordine exponere, & ipſarum naturam demonſtrare, ut quem uſum præſtent, quo loco ponendæ, quam uim habeant, & unde ſint deductæ cognoſci poſſit. Conabor etiam, quod maximum eſt, ac difficillimum; ſed omnino neceſſarium in hac arte bene dicendi, eas ad artem redigere, ut cum ſuis ueluti quibuſdam claſſibus fuerint collocatæ, quilibet eas facile inuenire poſſit, & orationes aptè ſcribere, aut ad ueterum oratorum locos accommodare; Nunc enim cum ita confuſæ ſint apud antiquos Rhetores, quis non uidet immenſi eſſe propè laboris dijudicare, qualis hæc, uel illa ſit, & quo loco poſita, aut ſi ſit ſcribendum, qua uti aliquis debeat, uel non uti. Ac ſanè Ciceronem ipſum ſequemur ducem, qui in eo libro, qui inſcribitur orator, & in tertio de oratore libro, de his copioſè locutus eſt, non ita tamen, ut ipſas ſingillatim, aut explicaret, aut nominaret omnes, ſed ueluti præteriens ipſas adnotaret; quòd omnibus, qui eloquentiæ operam darent, notas eſſe sciret, & antè perceptas. Atque utinam noſtrà etiam ætate qui eloquentiam parare ſtudēt, has antè diligenter perciperēt, minus enim profectò laborarent, ſed hoc eſſet æquo ferendum animo, ſi ſaltem, quod magis eſt neceſſarium, ſupellectilem ſibi congererent optimorum uerborum. Quotus enim quiſque eſt, qui id agat? fundamentum certè, & ueluti ſolum quoddam (ut ait Cicero) eloquentiæ eſt emendata, & pura dictio: illis, qui ſupellectilem hanc uerborum ſibi non parariunt, parum prodeſſe poterit ars hæc noſtrà de luminibus, ac conformatione ſententiarum, et uerborum, quam tradituri ſumus. Magna ex parte ij, qui ætate noſtra philoſophiæ*

losophiæ, & alijs scientijs operam dant, sunt infantes, & indiserti adeo, ut non modò optimis utantur uerbis, sed ne ratiocinari quidem scire uideantur; quasi mentem non habeant, & homines non sint, cum illis aliquid populariter dicendum est, aut scribendū; et tamen à Cicerone uerè dictum est, nullum sine philosophia eloquentem esse posse. Idem Cicero libro 2. de or. Diogenem Stoicum ubi nominat, eius concisam orationem, & spinosam damnat, tanquam oratori inutilem; Carneadis, qui peripateticus erat, probat. aptamq; oratori esse ait, & Aristotilem ipsi maximè proponendum statuit. Sed nimirum omnia inquinarunt nonnulli, ac multò magis inquinant in dies, qui suæ ignauiæ prætextum quærunt. Cur igitur familiam ducunt? cur amantur? cur laudantur? quid mirum? à suis. Non me sanè offendunt scientifica illa uocabula facta à Scoto, à Diuo Thoma, Auerroe, & alijs; imò requiro ut ea proferant, dum scientiam tractant; sed ferre non possum, quòd cum præter illa est aliquid dicendum, & scientifica oratione popularem miscent, magnæ sibi putant laudi fore, si corruptè loquantur; Verùm redeo ad rem. Figuras hasce, de quibus loquimur, esse oratori necessarias ostendit Cicero libro tertio de or. ubi ait. Conformandus est nobis orator, ut quemadmodum, qui utuntur armis, aut palestra, non solùm sibi uitandi, aut feriendi rationē esse habendam putent, sed etiam eum uenustate moueantur; Vide reliqua ibi, & rem cognosces. has uerò figuras Cicero idem uocat lumina, & insignia in oratore, his uerbis. Eadem ratio est horum, quæ sunt orationis lumina, & quodammodo insignia. Sed sententiarum ornamenta; & quæ sequuntur. Necessarias esse Quintilianus demonstrat, & utiles, his uerbis, libro ix. cap. ij. Nec ausim affirmare his quicquam esse melius. paulò post, & sine his nulla intelligi uerè potest oratio. Demosthenem summum oratorem his plurimum esse usum Cicero testatur, & si quilibet in eius scriptis cognoscere potest, in orat. ubi ait. Et uerò nullus est ab eo locus editus sine quadam conformatione sententiæ, nec quicquam est aliud dicere, nisi omnes, aut certe plerasque aliqua specie illuminare sententias. Iam uerò has etiam aptas esse ad uariandam orationem docet Phalereus sub finem sui libri, ubi hæc sunt uerba, quæ pulcherrimam similitudinem continent à cera ductam. καθόλου δὲ ὥσπερ τὸν αὐτὸν κηρὸν ὁ μέν τις κύνα ἔπλασεν. & quæ sequuntur. multa de hac etiam scribit Quintilianus lib. 8. cap. 5. hæ quoque, quia in uertendis Græcorum orationibus in latinum seruādæ sunt, normam ueluti quandam rectè uertendi præscribunt; quod declarat Cicero in libro de opt. genere oratorum. his uerbis. Nec conuerti ut interpres, sed ut orator, sententijs ijsdem, & earum formis, tanquam figuris; uerbis ad nostram consuetudinem

aptis.

aptis. Idem paulò post sub finem. Si ita expressero uirtutibus utens illorum omnibus; id est sententijs, & earum figuris. Differre sententiarum figuras à figuris uerborum idem Cicero demonstrauit lib. iij. de or. ubi ait. Sed inter con formationem uerborum, & sententiarum hoc interest, quòd uerborum tolli- tur, si uerba mutaris; sententiarum permanet, quibuscunque uerbis uti uelis. quod etiam ab Alexandro Rhetore in libro περὶ σχημάτων traditum est. Veteres præterea, qui se in dicendo exercebant, has discere solitos ostendit idem Cicero in oratore, ubi ait. quas cum tu optime teneas, quid attinet nominibus uti, aut exemplis. Hermogenes quoque has non tradit, nec docet, sed nominat tantùm in libris de formis Rhetoricis, quas ille ἰδέας uocat. eodem modo Demetrius in libro περὶ ἑρμηνείας, & Longinus in lib. περὶ ὕψους. Spectare autem ad ornatum orationis Cicero quoque significat lib. iij. de or. ubi ait ornatum omnem constare tribus, hoc est. Figuris uerborum, & senten tiarum; amplificatione, & locis communibus. & addit. uerborum & sen- tentiarum lumina, quibus constat ornatus omnis. non debere æquabiliter fundi per totam orationem; quod etiam scribit Quintil. lib. 8. cap. 4. sub finem, in extremis uerbis. Cicero in lib. de or. iij. prius egit de fig. sententiarum, mox de fig. uerborum. Quintilianus hoc eodem ordine usus est. Secus autem Cicero idem in oratore, ut cerni potest. De his autem scripserunt, Cicero primùm lib. de or. iij. & in oratore. ita tamen, ut nomina tantùm ipsarum attingat, & quidem alio modo, nam descripsit multis uerbis. lib. autem de or. iij. totidem uerbis latinis expressit. Quintilianus lib. 8. & 9. Cornificius, quem sæpe Quint. nominat; nam illius est liber ille, qui nunc uulgò quartus Rh. ad Herennium uocatur; quod alibi est à me demonstratum. Rutilius Lupus Gorgiæ, non quidem illius Leontini, sed alterius sui æqualis libros quatuor in unum collegit, de qua re Quintil. loquitur lib. 9. cap. 2. sub finem. Aquila etiam, & Iulius Rufinianus; Inter græcos Alexander rhetor; Beda post omnes. Atque horum omnium libri extant adhuc. Rutilium citat Quintilianus lib. 9. cap. ij. ubi περὶ διαλ- λαγῆς. Celsus præter illos, & Visellius. sed horum libri non extant; eos nominat Quintilianus ibidem.

Ex omnibus singillatim figurarum sent. nomina ego proferam, & ad classes affectionum redigam, ut nobis in promptu sint, cum scribere uoluerimus.

EIVSDEM DISPVTATIO, IN QVA OMNES figuræ sententiarum à Rufiniano prolatæ ad affectiones rediguntur, & sua classe ueluti quadam collocantur.

QVAS Rufinianus insignis Rhetor sententiarum figuras protulit primùm, mox & quas alij, redigere conabor ad animi affectiones; ut classes ipsarum figurarum ueluti quædam constitui possint; satis enim patet talem loquendi formam huic non illi perturbationi conuenire; & aliam alij; quæ quidem ars tota expendi debet ad naturæ humanæ normā; tunc enim Rhetoricæ artis præcepta rectè sese habent, cum naturæ respondét.

1 χλευασμὸς *sive* ἐπικερτόμησις, *in qua conuitium profertur aliquod, iræ subijcitur, & irato conuenit, quatènus reprehendit, & contemnit.*

2 χαριεντισμὸς, *in qua est illusio, et indignatio, ut cum bis ter ulnarum toga.*

3 διασυρμὸς, *in qua est obtrectatio; ut, ex homine est factus uerres.*

4 σαρκασμὸς, *in qua est latens conuitium, ut, nouimus & qui te.*

5 ἀφορισμὸς, *in qua corrigimus uim uocis, & sententiæ. Consul, si modò hoc nomine dignus est. Hæ omnes cōueniunt oratori illudenti, et obtrectanti.*

6 παθοποιΐα, *hæc frequens est apud Verg. lib. 2. Æn. est etiam apud Demosth. in or.* περὶ τῆς παραπρεσβείας. *ubi deplorat calamitatem Phocensium. Conuenit dolenti, quatenus conquèritur, & commiserationem ciet.*

παράδειγμα.
εἰκὼν.
ὅμοιον.
ἐπαγωγὴ.

Hæ sunt uerius argumentationes; nec puto collocandas esse inter figuras sententiarum; quia figura color est ex affectu enascens; qui superinducitur argumentationi. Quòd si recipere uelis has inter figuras. dicito eas esse sine affectu, & conuenire probanti.

7 ἐπιτροπὴ,

7 ἐπιτροπὴ, ut, I, sequere Italiam. Conuenit exprobranti, & abijcienti curam, si sequaris formam à Rufiniano traditam. Sed si respicias Rutilij Lupi exempla, conuenit confidenti, nam aliter exponit; vide lib. 2. nu. 17.

8 διαβολὴ, ut illud Cic. pro Milone. Erat profectò tempus, cùm, & quæ sequuntur. Conuenit irato, quatenus minatur; itidem hortanti, ac monenti, siue deterrenti.

9 Dialogismus, ut quid agam? eam? non ibo. Conuenit dolenti, & conquerenti; etiam timenti.

10 ἀποφώνημα } Vt fac uelis, proficies. Conuenit admonenti.
προτροπὴ } Vt. Eia age. Conuenit hortanti.

11 ἐπιφώνημα, tùm in fine, tùm in principio. Sed Rufinianus sub finem tantùm collocat, ut, Tantæ molis erat. Ro. con. gen. conuenit laudanti, & reprehendenti, & tùnc referri debet ad iratum, cum reprehensio inest. Conuenit etiam admiranti, unde laudatio existit; conquerenti præterea, & dolenti.

σύγκρισις, ut Demost. in tertia Olynth. ubi confert maiores cum suæ ætatis ciuibus. itidem in or. περὶ συντάξεως. uidetur potius similitudinis esse pars, aut dissimilitudinis, nam utranque consequi solet collatio, quare uix puto collocandam inter fig. sententiarum.

12 ἀρὰ, ut, Dij malefaciant isti Seguleio. Dij perdant illum. Conuenit irato, & quidem uehementer.

13 Δέησις, ut, quod te per superos, & cæt. Conuenit dolenti, commendanti, hortanti, etiam timenti, quatenus implorat opem.

14 ἀστεισμὸς quæ figura continet omnes sales & iocos, conuenit irridenti.

15 ἐξουθενισμὸς. conuenit imminuenti, & rem non atrocem, sed leuem esse demonstranti.

16 ἐνθύμημα. refellenti. de ea loquitur etiam Quintilianus; sed est argumentatio uerius, quàm figura.

17 Hyperbole, conuenit irato, ut Aristoteles ipse ait libro tertio Rhet. Irati per hyperbolen loquuntur; quod probat etiam uersibus Homericis. Conuenit etiam laudanti.

18 παράδοξον, seu ὑπομονή } Vt, non hoc, ne illud dici possit ab aliquo; non illud ne tibi fiat iniuria, ne id quidem, ne officio suo defuisse uideatur. Quid igitur? conuenit admiranti, & causas exquirenti.

19 ἀπορία.

19 ἀπορία. conuenit timenti, quatenus dubitat, & ambigit.

20 ἐπίπληξις, seu ἐπιτίμησις, } Vt, non ego te uidi? Conuenit irato, quatenus reprehendit, & refellit.

21 ἀπόδιωξις, & ἀποσκλάνησις } Conuenit refellenti.

22 ἀπόφασις, cum ipsimet interrogamus, & respondemus. Confidenter loquenti, & probanti conuenit.

23 προυπόβρασία, seu πρόσκευή. } quam præmunitionem uocat Quintilianus. conuenit timenti, quatenus probare studet, & refellere conatur.

24 ἀνακοίνωσις, seu ἰδιωτισμός. } Cum ipsos iudices consulimus, aut aduersarios; confidenti conuenit, & refellenti.


25 εὐχή, ut, inter errem nuda Leones; & illud. tellus ima dehiscat. conuenit dolenti; interdum timenti, & speranti; et differt ab ea, quæ superius nominatur δέησις.

26 διάνοια, conuenit dissimulanti.

χρεία, hanc ego non recipio inter figuras sententiarum.

EIVSDEM

DISPVTATIO, IN QVA FIGVRAE sententiarum, quæ sunt apud Quintilianum, rediguntur ad affectiones animi.



I NTERROGATIONVM modi xi. Aristoteles etiam lib. iij. Rhet. de interrogationibus agit. Sunt enim propriæ dialecticorum, & oratorum; hoc differunt, quod dialectici eas usurpant in sermone interpollato. sed oratores in perpetua oratione, & sanè apud Rhetores Interrogatio est figura sent. quoties, non interrogandi causa, sed urgendi, et instandi causa profertur. exempla sunt apud Quintilianum, conuenit irato; quatenus urget aduersarium, confidenti, quatenus probat.

probat. lætanti etiam, ac dolenti, seu conquerenti qualis illa, Heu quæ me tellus, quæ me æquora possunt accipere? Laudanti illa, quæ à Græcis dicitur πῦσμα; cum interrogamus nos ipsos, et ipsi respondemus, ut apud quos igitur hæc dico? nempe apud eos, & cæt. hæc dicitur propriè à Latinis subiectio. Rufininnus, ut diximus eam uocat ἀπόφασιν. Quædam interrogatio conuenit irato, quatenus reprehendit, & exprobrat, ut, Hæc est igitur tua disciplina? Sic tu instituis filios?

2 πρόληψις { Confessio { post / ante. Prædictio — ante. Emědatio — post. } Hanc uno nomine προκατασκευὴν uocat Rufinianus. redige ad eandem affectionem.

3 Dubitatio. ἀπορίαν hanc diximus appellari à Rufiniano. quam διαπόρησιν uocat Lupus, cui conueniat affectioni ante dictum est.

4 Communicatio. ἀνακοίνωσις. de hac quoque dictum est, & cui competat perturbationi in loquendo.

5 Sustentatio. παράδοξον, seu ὑπομονὴν dicitur à Rufiniano, ut ante declarauimus, adaptando ipsi suam affectionem.

6 Permissio. ἐπιτροπὴ. de qua ante.

7 Exclamatio. ἐπιφώνημα. de qua ante dictum est.

8 Prosopopœia, seu fictio personæ { Mortis. Reip. uitæ, uirtutis, quibus personam damus cum non habeant. / Mortuorum, quos excitamus ab inferis, & facimus loquentes. }

Conuenit laudanti se, & alios, etiam reprehendenti, conquerenti quoq;

9 Sermocinatio, siue διάλογος. de qua ante ex Rufiniano.

10 ἀποστροφὴ, seu auersus à iudice sermo. de hac prius etiam diximus, & conuenit dolenti, si præsertim ad absentes personas, & inanimas res sermo conuertitur.

11 Hypothyposis, quam uocat Quintilianus formam rerum expressam uerbis. Cicero subiectionem sub oculos, de qua prius locuti sumus.

12 μετάστασις, seu translatio temporum, ut, credite uos intueri illa tempora, conuenit dolenti, & perterrefacienti. Cicero ea utitur in or. pro Milone. Quid si Clodius uiueret, & prætor esset? est per quam similis hypothypo si, sed differt aliqua ex parte etiam, ut patet; quare seiungitur ab illa.

13 τοπογραφία, idest locorum dilucida descriptio, hæc uix inter figuras connumerari debet sententiarum.

14 Ironia, seu dissimulatio, de hac ante dictum est ex Rufiniano.

15 ἀπόφασις,

15 ἀπόφασις. hæc eadem est, quã παράλειψιν uocat Aquila; Rufinianus eam dicit esse, cum interrogamus nosmetipsos, & respondemus, Quintilianus uerò ait, à negatione ipsam habere nomẽ, cui competat affectioni dictum est ante.

16 Confessio
Concessio
Consensio. } Hæ tres non differunt ab ea, quam ἐπιτροπὴν appellat Rufinianus; & προομολογίαν Lupus, cui competat affectioni dictum est antè.

17 ἀποσιώπησις, siue reticentia, ut uocat Cicero, seu obticentia, ut Celsus, uel interruptio, uide Quint. conuenit irato, & minanti.

18 Digressio, ut hoc quæso diligenter attendite; hæc non est inter figuras sententiarum connumeranda.

19 ἠθοποιΐα, seu μίμησις. imitatio alienorum morum. conuenit irridenti, contemnenti, hortanti etiam, & monenti.

20 μετάνοια, seu pœnitentia dicti; conuenit timenti; etiam reprehendenti, & irato.

21 ἔμφασις, cum ex aliquo dicto aliquid latens eruitur. conuenit dolenti; & irato.

22 Iusiurandum. putamus omnino hanc esse recipiendam, nam etiam Longinus in suo libro περὶ ὕψους nominat, & exemplum profert ex Demost. est etiam apud Cic. in or. pro p. sylla. Quintilianus de eodem Iureiurando Demost. per cæsos Athen. in Marathonijs campis loquitur. lib. 12. cap. 10. his uerbis. Non'ne illud iusiurandum per cæsos in Marathone, ac Salamine propugnatorum Reip. satis manifestò docet præceptorem eius Platonem fuisse. quæ eò libentius retuli, ut dignitatem huius figuræ cognoscere quiuis posset. graui certè uiro conuenit, & in causa magna, nam ut idem ait Quintilianus, fidem non meretur, qui sententiolæ causa iurat, competit hæc asseueranti, confidenti, & hortanti, ac reprehendenti.

Hactenus enumerauimus, & redegimus ad animi affectiones omnes figuras sententiarum, quas probat Quintilianus. Nunc recenseo, & colligo eas, quas idem Quint. reijcit, nec probat ab alijs Rhetoribus traditas; & dijudico quales sint; nã quam plurimas ego censeo recipi debere, ut ars dicendi hæc instructior sit, & locupletior.

1 Reijcit primum Quintilianus comparationem: hæc est à Rufiniano dicta σύγκρισις; quam ante reijciebam, quia est uerius pars probationis, quàm figura Sent.

2 De antitheto etiam est controuersia. Sed omninò inter structuræ, & periodi

figuras collocari debet; ut ex Aristotele cognosci potest lib. iij. Rh. etiam ex Quintil. lib. 8. Rutilius collocat inter fig. sed non probo satis illius sententiam.

3 διαλλαγὴ. hanc Celsus uocabat cõsummationem. Rutilius Græco nomine ita appellat, & est, quotiescunque plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Quintilianus hanc reijcit. Ego non puto reijciendam, & colloco inter figuras carentes affectu, etiam coniungi potest cum ijs, quæ affectionem habent, ut cum ea, quæ dicitur πῦσμα. res satis patet.

4 ἐπικαθολύθησις. hanc reijcit Quint. & putat collocandam inter argumenta, quod placet omnino.

5 συλλογισμὸς, idest collectio. Ego, quamuis reijciat Quintilianus, hanc puto esse necessariam, quia res longinquas connectit, ut si aliquid dicas causam fuisse, quod credibile non sit, quia longius abest à re. exemplum fuerit. Equitum Ro. disunctionem à senatu causam fuisse exitij Reip. siue mortem Iuliæ uxoris Pompeij.

6 κατάπληξιν, idest minas. Ego hanc retinendam puto, & conuenit irato, ut ante dictum est.

7 παραίνεσιν reijcit Quintilianus. ego recipiendam existimo, sicuti προτροπὴν. de qua ante ex Rufiniano.

8 Excitare iudices. Celsus collocabat inter figuras sent. damnat Quintilianus; & recte, quia debebat nomen imponere aliquod. Sed fortasse est προτροπή. Si hæc est, non reijcio, uel aliud inueniendum nomen, quod aptum sit.

9 Prouerbijs uti. Celsus hanc etiam nominabat. non probat Quint. & sanè recte, nam ad uerborum ornatum potius spectat.

10 Versibus uti. Celsus etiam hanc ponebat in numero fig. sent. quod non placet Quintiliano. est fortasse παρῳδή, sed ad uerba pertinet.

11 Vti ioco. Celsus hanc appellabat fortasse, quam Græci χαριεντισμὸν dicũt, siue χλευασμόν. Id si ita est recipi debet, in hoc uno errabat Celsus, quod nomina certa figurarum non proferebat; sed uim ipsarum tantum explicabat, & describebat.

12 Excludere, & hæc à Celso proferebatur, eam non probat Quintilianus; nec ego agnosco.

13 Detrectare, fortasse describebat Celsus aliquam, in qua esset uis detrectandi, nomen si protulisset certum, non improbarem.

14 Asseuerare. etiam hæc Celsi est. reijcit Quintilianus. Ego non contemno, et asseuerationem puto dicendam, quæ magnam habet uim, & competit sua

dolenti, consolanti, reprehendenti etiam.

15 Inuocatio, etiam hæc à Celso prolata reijcitur à Quintiliano. Ego eam puto recipiendam, nam & nomen elegans est, & uim magnam habet, quasi ἐπιμαρτυρία quædam dici possit græcè; et conuenit dolenti, asseueranti, excusanti se, et reprehendenti; ut, te ego Iuppiter Capitoline. Te Pallas, et c.

16 Intendere crimen, hæc fortasse δείνωσις dici potest, quo nomine utitur Aristoteles lib. ij. Rhe. ubi de locis refellentibus; δεινώσει χρῆσθαι περὶ δεῖξαι. & conuenit indignanti, irato, conquerenti, & reprehendenti.

17 Adulari. hæc si haberet certum nomen, non esset reijcienda.

18 Ignoscere, συγγνώμη fortasse dici potest, nec est contemnenda; conuenit lenitati, quatenus dat ueniam; itidem precantes ea utuntur; quatenus ueniam petunt, & est frequens apud oratores, & poetas.

19 Fastidire, hæc mihi non displiceret, si certum haberet nomen, quo ipsam possem appellare.

20 Deprecari
21 Admonere
22 Corripere

De his antè diximus ex Rufiniano, nam prima uocatur δέησις. altera παραίνεσις (& si hæc non est apud Rufinianū) tertia κατάπληξις, uel ἐπιτίμησις. De qua Rufinianus, ex quo satis patet Celsum figuras sententiarum describere noluisse, & uim ipsarum demonstrare potius, quam nomina, ut etiam est à Cic. factum in eo libro, qui inscribitur orator.

23 Partitio, & propositio, hæc πρόθεσις dici potest, nec est reijcienda; sed collocanda inter eas, quæ sunt sine affectione ulla.

24 Rerum duarum, quæ diuersæ esse uidentur, cognatio, hæc est συνοικείωσις à Rutilio dicta. hanc ego maximè probo, quia etiam aliter res eadem dici potest. conuenit autem reprehendenti, & laudanti.

25 ἀνάμνησις, cum memoria repetimus res antè actas; hæc est uenustissima, meo iudicio, & debet collocari inter alias. Vergilius ea usus est cum facit Didonem loquentem.
,, Felix, heu, nimium felix; si littora tantùm. Nun-
,, quam dardaniæ tetigissent nostra carinæ; conuenit lætanti, & dolenti.

26 ἐνθυμήματα, ibidem, & ἐπιχειρήματα (nam differunt) & sunt frequentes apud Cic. & Demosth. conueniunt refellenti, & sunt sine affectione, si non commisceantur alijs, quæ sunt cum affectione coniuncta.

27 ἀντίρρησις, cum dicimus cōtra sententiam alicuius, et est sine affectu, hanc ego maximè probo. elegans fuerit, si misceatur cum alijs habentibus affectionem; conuenit refellenti.

28 παραύξησις.

28 *παραύξησις. recipio etiam hanc, nam est uenusta, & accommodata ad augendum, fac periculum. Sic. Si quis dicat. Omnes philosophi, quia norunt causas, sunt beati, per παραύξησιν idem dixeris, hoc modo. Omnium hominum felicitatem; Regum etiam ipsorum, si cum philosophorum, qui causa omnium rerum nouerunt, felicitate conferas, exiguã esse intelliges.*

29 *περιπάθησις, quæ hanc uim habet, ut dicas quod fieri oportebat, et decebat, etiam hæc recipienda, & conuenit dolenti, ac reprehendenti.*

ἐναντιότης κατ' αἰτίασιν
μετάληψις κατ' αἰτίαν.
} *Hæ mihi non uidentur esse figuræ sententiæ; sed potius argumentationes, & assentior Quintil. qui ipsas reijcit è numero fig. sent.*


30 *γνώμη, perelegans est, & necessaria, nam aliter idem proferri potest. quare omnino puto esse recipiendam, conuenit hortanti, monenti, & consolanti.*

31 *παραδιήγησις, hæc est sine affectu, cum narramus aliquid, ante, ut argumentum eliciamus postea, & potest coniungi cum habentibus affectionem, ut sæpe in tabulis oratorijs nostris in Cic. orationes adnotauimus.*

32 *ἀπαγόρευσις, hæc est illa fortasse, quam Celsus detrectationem uocabat, ac planè puto recipiendam. conuenit irato, & indignanti.*

EIVSDEM

DISPVTATIO DE SCHEMATISMO; de quo differit Quintilianus, quid sit; qualis sit; & quis usus ipsius.



QVI *ueteres latinos authores legunt, nec animaduertũt, quàm multa à Græcis, qui ante de eadem re scripserunt, desumpserint; aut etiam ignorant, & si rem intelligunt; non tamen ita exquisitè, & dispositè; quia unde manarit nesciunt. Hoc ideo me dictum est in præsentia, quia quo loco Quintilianus lib. 9. de schematismo loquitur, obscura quædam tradere uidetur, & ferè inutilia, quæ tamen si conferas cum ijs, quæ tradita fuerunt de eadem re à Phalereo; mirùm dictu, quàm clara, & aperta omnia sunt, & plena bonæ frugis. Schematismus quidem est inter figuras sententiarum, & de eo post emphasin loquitur Quintil. ideo antequam declaro, cui affectioni conueniat, sicuti in cæteris ante fa-*

ctum est; explicare conabor qualis sit; & unde ea desumpserit Quintil. quæ
,, de eo scripta reliquit. Verba Quintiliani sunt hæc; Huic confinis est uel ea-
,, dem, qua nunc utimur plurimum; iam. n. ad id genus est deueniendum, quod
,, frequentissimum est; & maxime expectari credo. in quo per quandam suspi
,, cionem, quod non dicimus, accipi uolumus; non utique contrarium, ut Iro-
,, nia, sed aliud latens, & auditori quasi inueniendum; quod, ut supra osten
,, di, solum ferè à nostris schema uocatur; & unde controuersiæ figuratæ di-
cuntur. Hæc illæ, quæ omnino satis obscura uideri possunt, de usu uerò sche-
matismi ibidem ita scribit. Eius triplex est usus.

1 Vnus si dicere palàm parum tutum est.

2 Alter, si non decet.

3 Tertius, qui uenustatis modò gratia adhibetur, & ipsa nouitate, ac uarieta-
te magis, quàm si relatio recta sit, delectat. nam & actiones deponentium
imperium tyrannorum, & post ciuile bellum senatusconsulta, & quæ se-
,, quuntur. paulopost uera negocia non habuerunt silentij necessitatem. Hæc
ille. sæpe ego multos audiui quærentes, qualia essent ea, quæ de schematismo
hoc scripta reliquit Quintilianus; quare statui hoc loco rem omnem aperire.
Sciendum est illud idem esse, de quo agit Quintilianus eo loco, quod est lege-
re etiam apud Phalereum in libro περὶ ἑρμηνείας, sub finem fermè. ubi
,, hæc sunt uerba. τὸ δὲ καλούμενον ἐσχηματισμένον ἐν λόγῳ patet idem esse
ex uerbis Quintiliani, quæ ante prolata sunt. Adhuc magis patet; nam De
metrius ait, ὅ νῦν ῥήτορες γελοίως ποιοῦσι, καὶ μετ᾽ ἐμφάσεως ἀγεννοῦς
ἅμα, καὶ οἷον ἀναμνηστικῶς eodem fermè modo Quintilianus suæ ætatis rhe
tores reprehendit, ubi de schematismo loquitur hoc. Inuentus est hic sermo ἐ-
,, σχηματισμένος (inquit Demetrius) duplici de causa, tum ἕνεκα εὐπρε-
,, πείας, tum ἕνεκα ἀσφαλείας. Quintilianus autē, quod ante retuli ita ait.
,, Vnus modus est si dicere palàm tantum non est, & hæc est ἀσφάλεια à De-
metrio dicta. Alter, si non decet, & hæc est εὐπρέπεια, quam uocat Deme-
trius; de tertio modo nihil dixit Demetrius. εὐπρεπείας exemplum affer-
tur ex Platone, qui in Phædone Aristippum, & Cleombrotum carpere cum
uellet, quòd in insula Aegina epulati fuissent eo tempore, quo Socrates eorū
præceptor Athenis erat in uincula coniectus cum uix ducentis stadijs abes-
sent ab urbe Athenarum. non quidem palàm reprehendit, nam fuisset hæc λοι
δορία, sed tectè. Sic. Interrogatus Phædon, qui nam Socrati præsto fuissent,
enumerauit omnes. Quid illi duo? in insula, inquit, erāt Aegina. Nihil aliud
præterea; sed illa uerba satis magnam habet uim ad eos reprehendendos, et
fortasse maiorem, quam si apertè reprehendisset, ac conuitia protulisset. Ad-
de

de etiam, quòd periculum non erat Aristippum reprehendere; quare ἐυπρεπείας causa uidetur factum, potius quàm ἀσφαλείας. Exemplum uerò, cum talia proferuntur propter ἀσφάλειαν, est hoc. Cum alloquimur tyrannum, & atrocem aliquem, & petulantem hominem, atque ipsi scelera, ac uitia exprobrare uolumus, tectè id est, et figuratè faciendum, quia tutum non est aperte loqui, ut Phalereus in Craterum Macedonem, quem uiderat sedentem sella eburnea, & audientem Graecorum legatos. Nos, inquit, ante aliquot annos hos omnes, & Craterum hunc ita excipiebamus, cum ad nos uenirent; magna emphasis est in illa dictione. hunc. ita tectè, & tutò locutus est. Idem aliquando praestat Ironia, per θαυμασμὸν (sic ille uocat figuram) praesertim prolata. quod etiam Quintilianus annotauit lib. ix. ubi de Ironia loquitur, exemplo ex Cicerone prolato in Catilinam. à quo repudiatus ad sodalem tuum uirum optimum M. Marcellum demigrasti. Reges, ac tyranni, qui potentes sunt, sua aequo animo non audiunt scelera. Ergo si quis ipsos uir bonus monere uelit; non aperte, sed tectè facere debet. tectè autem fit duobus modis. si uel alios reprehendamus, qui talia patrarūt, ut si apud Dionysium Siciliae regem uerba facias, Phalaridis crudelitatem improbare possis, uel si eos laudabimus, qui contraria egerunt, ut Hieronem, Gelonem, & alios. nam audiens uir improbus aliorum laudes commouetur animo, & laudem appetere incipit. Aliud exemplum fuerit. Philippus Macedonum rex altero captus oculo erat, & irritabatur facilè, si quis apud eum, Cyclopem, aut strabum, aut monoculum nominasset. Itidem Hermeas placidissimus alioqui uir, maximè excandescebat, cum aliquis exsectum, nouaculam, exsectionem, aut cultrum nominasset; quia ipse erat Eunuchus, & exsectus fuerat; Ideo sermone opus est figurato, nam adulari turpe est, reprehendere autem parum tutum; medius inter haec est schematismus. laudabimus etiā interdum illum ipsum, quem reprehendere postea uolumus, ea recensendo, quae fortiter gessit, & temperatè, ut iracundum hominem, quòd heri non iratus esset alicui in conuiuio, sed placidum se, ac mitem omnibus praebuerit, ideo magnam laudem consecutum; idq; omnibus fuisse gratum. Quintilianus uerò haec ita retulit. Nam & actiones deponentium imperium tyrannorum, ac post ciuile bellum senatusconsulta finguntur, & capitale est ante obijcere acta; paulò post, quia periculum tantùm; non etiam offensa uitatur. paulò post. Cum personae potentes obstant, sine quarum reprehensione teneri causa non possit, Ideò hoc cautius faciendum, quia interest, quomodo offendas. Paulò post. haec diuerticula sunt, anfractus, & suffugia quaedam, ut qui cursu parum ualent, flexu illudunt. Hactenus ille. Haec si conferantur; quae de sche

matismo protulit Quintilianus, cum superius à Phalereo prolatis, facilè quis intelliget, qualia sint, quamq; uim habeat schematismus. Nunc reliquum est, ut demonstrem, cui affectioni competat schematismus. Conuenit autem, ut satis ex ijs, quæ ante dicta fuerunt, cognosci potest; reprehendenti, sed te Bè, itidem laudanti, ut corrigat, & castiget alterum, ac menenti blandè, ne lædat, animum illius, quem instituere uult.

EIVSDEM

DISPVTATIO, IN QVA FIGVRAE sententiarum, quæ sunt apud Aquilam, rediguntur ad affectiones animi.

1 προδιόρθωσις, cum aliquid odiosum dicturi sumus; hac præmunire solemus orationem nostram; præcedit autem reprehensionem Irati alicui, & παῤῥησίαν. de hac præmunitione dictum est ante ex Quintiliano, & Rufiniano, qui ipsam προπαρασκευὴν uocat.

2 λεπτολογία, hæc continet narrationem exquisitam, sed reprehensionis causa; conuenit etiam laudanti, itidem commiserationem cienti.

3 προσωποποιία, de hac locutus est etiam Quintilianus, nam uocat fictionem personæ, et competit dolēti, et irato, quatenus reprehendit; itidē hortanti.

4 ἠθοποιία, de hac etiam dictum ante, competit interdum irridenti.

5 ἐπιτροχασμὸς, hæc ab Aquila connumeratur inter figuras sententiarum. Sed uidetur potius esse figura uerborum. Quòd si inter fig. Sent. recipiatur, uidetur conuenire laudanti, & reprehendenti.

6 ἀποσιώπησις, quam Quintilianus Reticentiam uocat, conuenit irato, quatenus minatur, & reprehendit.

7 εἰρώνεια. de qua etiam ante diximus. conuenit irridenti.

8 παράλειψις, elegantissima hæc est figura, utitur ea Demosth. in orat. in Philippum, iij. ubi multa, & maxima dicit se præterire; plurima tamen recenset postea. ὄλυνθον μὲν δὴ, καὶ μεθώνην, καὶ ἀπολλωνίαν, καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις, mox enumerat alia; Vide locum, conuenit laudanti, & reprehendenti.

9 ἀποστροφὴ, conuenit dolenti, reprehendenti, & refellenti.

10 διαπόρησις, de qua ante ex Rufiniano, nam eam appellat ἀπορίαν. Conuenit laudanti, reprehendenti, & dolenti.

11 *Erotema* } De his interrogationibus dictum est ante ex præscripto
Pysma. } Quintiliani.

12 *διατύπωσις*, de qua prius locuti sumus.

13 *ἀντεισαγωγή*, excusanti, ac purganti se uidetur conuenire; & conquerenti hortanti etiam, & consolanti.

14 *διασυρμός*, est figura hæc odij, & iræ, atque conuenit irridenti.

16 *μετάστασις*, si hæc figura est senten. non enim admodum placet, quia est potius nomen status rhetorici. conuenit excusanti se, & diluenti crimen.

EIVSDEM

DISPVTATIO; IN QVA ENVMErantur aliquot figuræ sententiarum, quæ non sunt apud rhetores, de quibus ante mentionem fecimus, collectæ à Robortello, & additæ illis.

POSTQVAM omnes tum ex Lupo, tum ex Rufiniano, Quintiliano, & Aquila enumerauimus sententiarum figuras, atque ad perturbationes animi redegimus, ut quando oratori inseruire possent cognosceremus; itidem, & quas reijciebat Quintilianus ab alijs Rhetoribus prolatas dijudicauimus, ac perpendimus singulas; ostendimusq; multas reijci non debere; nunc, ut ars hæc dicēdi sit locupletior, enumerare mihi est in animo nonnullas, quæ adnotatæ ab illis non fuerunt; eæ quales sint breuiter demonstrabo, quamq; habeant uim, & ad quam redigi debeant animi affectionem in loquendo.

1 *ἐπίκρισις*, quæ continet iudiciū, & sententiæ ab oratore interpositæ explicationem, hanc ego excerpsi ex Hermog. libro primo περὶ ἰδεῶν, capite περὶ σεμνότητος. utimur ipsa, quotiescunque lenis atentes orationē, ac sedata cum grauitate quadam iudicamus, & sententiam nostram proferimus de aliqua re. conuenit maximè procemijs. Cicero ea utitur in procemio or. pro domo sua ad Ponti. ubi ait, Cum multa maiores nostri, & quæ sequuntur. Supersedebo exemplis.

exemplis proferendis, quia in tabulis oratorijs sæpe eam nominabo. Conuenit laudanti, & momenti, itidem, & consolanti, atque hortanti. omnibus denique, qui cum grauitate aliquid probant.

2 θαυμασμὸς, hac cum admiramur, & talem affectionem exprimimus, utimur; de ea facit mentionem Phalereus sub finem, ubi agit περὶ λόγου ἐσχηματισμένου, et loquitur de Aeschinæ oratione in Telaugen. τὰ γὰρ περὶ τὸν Τηλαυγῆ διήγησις ἀπορίαν παρέχει ... θαυμασμὸς ... Ex quibus uerbis satis patet eam tanquam figuram sententiæ nominasti; nec tamen de ea ullus eorum, qui collegit nomina figurarum, mentionem facit. Conuenit laudanti; etiam reprehendenti, & irridenti.

3 εὐφημισμὸς, cum bene ominamur, ut cum eum, qui perijt, dicimus ad cælos euolasse, uel ad superos, de hac figura idem Phalereus facit mentionem, ubi περὶ δεινότητος loquitur. uerba illius sunt hæc. τάχα δὲ καὶ ὁ εὐφημισμὸς

,, καλούμενος μετέχει τῆς δεινότητος. καὶ ὁ τὰ δύσφημα εὔφημα ποιῶν,

,, καὶ τὰ ἀσεβήματα εὐσεβήματα. οἷον ὁ τὰς νίκας χρυσᾶς κελεύων χωνεύειν,

,, καὶ χρῆσθαι τοῖς χρήμασιν εἰς τὸν πόλεμον. Hunc eundem locum habet Quintilianus, & eodem utitur exemplo, ubi de schematismo loquitur lib. ix.

,, his uerbis explicans. Res asperas mollius tractare, ut Themistocles suasisse

,, existimatur Atheniensibus, ut urbem apud eos deponerent, quia durum erat

,, dicere, ut relinquerent; & qui uictorias aureas in usum belli conflari uole-

,, bat, ita declinauit inuidiam, dicens uictorijs esse utendum. Conuenit εὐφημισμὸς excusanti se, itidem laudanti aliquem; precanti quoque, & bene ominanti, ut illud apud Cic. Quod fortunatum, felixq; sit. & cæt.

4 ἐπιμονὴ, hæc est etiam ibidem apud eundem Phalereum. ubi ait. ἐπιμονὴ ἐστὶν ἑρμηνεία πλείων τοῦ πράγματος, ut apud Demosth. νόσημα γὰρ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, νόσημα δεινὸν ἐμπέπτωκεν εἰς τὴν ἑλλάδα, & est, quando moramur, & diutius insistimus in re aliqua explicanda. conuenit asseueranti, et indignanti; itidem dolenti, & exprobranti.

5 ἀπομνημόνευσις, hanc ego excerpsi ex eodē Demetrio, ubi loquitur περὶ χαρίεσσιν, & est dicti memorabilis, seu oraculi recitatio, ut redeat in memoriam audientibus, uel submonitio, ut recordentur, unde etiam ἀπομνημονεύματα Socratis appellauit Xenophon, ita suos libros inscribens. Perelegans est hæc figura, & frequens; quare ego nunc exempla prætermitto, conuenit consolanti, reprehendenti, hortanti, & laudanti.

6 πρόφασις, idest exceptio, seu excogitata quædam excusatio. utitur tali nomine Demosth. in or. de Cherroneso. ubi ait. μηδένα ἀθηναίων μηδεμίαν πρόφασιν ἐν τῇ χώρᾳ καταλιπεῖν ..., frequens hæc est apud poetas, & orato-

res,

res, utitur AEneas hac apud Didonem libro iiij AEneidos loco satis noto. conuenit timenti, & placare aliquem studenti.

7 ἀναρίθμησις. cum subtiliter enumeramus, & distribuimus res omnes; de hac meminit Hermog. lib i. ἰδεῶν cap. περὶ σαφηνείας, & est sine affectu. sed interdum eum affectu coniungitur. tunc conuenit dolēti, exprobranti; si sine affectu, collocatur in propositione rerum, de quibus dicturi sumus. περὶ ἀπαριθμήσεως (sic enim uocat) loquitur Herm. lib. i. ἰδεῶν cap. περὶ περιβολῆς. ex praescripto Demosth. sub initium orationis, περὶ στεφάνου.

8 ὀνειδισμός. Figura apta ad exprobrandum, & illudendum, cum probro damus ea, quae turpia sunt, ut apud Verg. Bis capti Phryges. competit exprobranti.

9 φιλοφρόνησις, haec uim habet blandiendi. Vide Demetrium, ubi loquitur de epistola. καὶ ὅλως τὰ αὐτῆς αἱ φιλικαὶ φιλοφρονήσεις. competit monenti, & blandienti; & est frequens apud oratores, & poetas.

10 ἐπανερώτημα, duplicata interrogatio. de hac etiam loquitur Demetrius, ubi ait. καὶ πάλιν ἐπανερωτῶν. κῦρος δὲ ποῦ νῦν. utitur ea Vergilius, lib. iij. ubi Andromachen loquentem facit. Quid? puer Ascanius, superat'ne, & uescitur aura AEtheria. competit dolenti, & timenti.

11 ἐξάπλωσις, etiam de hac mentio est apud Demetrium, ubi loquitur περὶ συντομίας, & ἀχπωπίσεως; aitq; ἀσάφειαν conuenire δεινότητι. haec uerba sunt. τὸ δ' ἐξαπλωεῖν καὶ σαφρονεῖν. haec uerò continet apertam, & subtilem explicationem rei alicuius, ut apud Verg. lib. i. Dant manibus lymphas, & cæt. & lib. iiij. Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit, & cæt. est figura sine affectu. conuenit tamen laudanti, & reprehendenti si eum affectum habente iungatur.

12 ἀποκαρτέρησις, cum abijcimus omnem spem. haec est declarata à Demetrio, ubi ait. ἐρασθεὶς τῆς γυναικὸς ἀποτυγχάνει, ἐδόκει μὲν αὐτῷ ἀποκαρτερεῖν. hanc eleganter expressit Verg. ubi Didonem paulò post morituram facit loquentem. Sed moriamur, ait; sic, sic iuuat ire sub umbras. itidem Horatius, ubi Europae uerba refert. potes hac ab orno pendulum Zona bene te secuta laedere collum. conuenit dolenti, & conquerenti.

13 ἀπάντησις, de hac mentionem facit Hermog. lib. ij. ἰδεῶν capite περὶ γοργότητος, sub initium, ubi ait. ἀπαντήσεσι ταχείαις καὶ βραχείαις; haec uim habet refellendi.

14 ὑπόστασις, hanc elicio ex Demosth. & eius interprete, ubi haec sunt uerba, quae illius continet formulam figurae. ὅσην εὔνοιαν ἐγὼ ἔχων διατελῶ, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι, & cæt. conuenit asseueranti; nam praecedit firma ratio,

tio, tanquam fundamentum, quo innititur id, quod sequitur.

16 περιουσία. cuius formula hæc est apud Hermog. οὐ μόνον τόδε, ἀλλὰ καὶ τόδε. conuenit irato, quatenus reprehendit, itidem laudanti.

17 παιανισμός. hæc habet uim exultandi, & crebra est apud oratores, & poetas præterea continet acclamationes omnes, quæ hilaritatis causa fiunt; ut. Iò triumphe. Iò bacche. Iò pæan. & illud. Viuamus mea lesbia, atque amemus. competit lætanti.

18 πρόκλησις, hæc habet uim prouocandi. elicio hanc ex Aristotele, qui tali utitur uocabulo, quasi id significans. lib. ij. Rhetor. frequens est apud Oratores, & poetas. conuenit audenti, asseueranti, & confidenti.

EIVSDEM

DISPVTATIO DE FIGVRIS SENtentiæ, quæ sunt apud Cornificium libro, qui uulgò quartus ad Herennium dicitur, redigendis ad affectiones.

NON sunt omittendæ etiam illæ figuræ, quas habet Cornificius, & si eædem sunt, quæ etiam prius fuerunt expositæ apud alios, latinis nominibus appellatæ.

1 Distributio. F. S. simplex; idest sine affectu.

2 Licentia. F. S. affectus indignationis, quam νέμεσιν Aristoteles uocat lib. ij. Rhet.

3 Diminutio. F. S. conuenit autem refellenti.

4 Descriptio. F. S. simplex, sine affectu.

5 Diuisio. F. S. simplex, & sine affectu ullo.

6 Frequentatio. F. S. indignationi conueniens, & iræ.

7 Expolitio. F. S. Iræ, dolori, commiserationi, & lætitiæ conueniens.

8 Commoratio. F. S. Iræ, & indignationis.

9 Contentio. hæc uidetur potius esse F. Verborum, nam constat antithesi, siue antithetis, de quibus Arist. lib. iij. Rhet. in quibus & si affectus inesse uidetur, tamen ad F. S. cui adaptantur debent potius referri.

10 Similitudo. F. S. sine affectu ullo, & argumentatio potius.


11 Exemplum. Argumentatio potius, quàm figura sententiæ.

12 Effictio. F. S. conueniens iræ. Irati enim ita describere, & exprimere singula

gula solent, ut reprehendant alicuius mores.
13 Notatio. F. S. *irato itidem, & obtrectanti conueniens.*
14 Sermocinatio. F. S. *doloris, & iræ.*
15 Conformatio. F. S. *dolentis, & irati.*
16 Significatio. F. S. *illudenti conueniens, & reprehendenti.*
17 Breuitas. F. S. *simplex, & sine ullo affectu.*
18 Demonstratio. F. S. *irato conueniens, & obtrectanti.*



OMNES FIGVRAS SENTENTIA-
RVM, QVAE COMMVNES SVNT
QVINTILIANO, AQVILAE,
ET LVPO CVM RV-
FINIANO
TABVLA SEQVENS
DEMONSTRAT.



Ex Rufiniano F.S. omnes.	Ex Quintiliano eædem.
1 χλευασμός.	
2 χαριεντισμός.	1 1 Vti ioco ex Celso. inter reiectas à Quintiliano.
3 διασυρμός.	
4 σαρκασμός.	
5 ἀφορισμός.	
6 παθοποιΐα.	1 1 Hypotyposis.
7 ἐπιτροπή.	6 Permissio.
8 διαβολή.	
9 διαλογισμός.	9 Sermocinatio.
10 ἀναφώνημα, seu προτροπή.	
11 ἐπιφώνημα.	7 Exclamatio.
12 ἀρά.	
13 δέησις.	
14 ἀστεισμός.	
15 ἐξουθενισμός.	
16 ἐνθύμημα.	
17 ὑπερβολή.	
18 παράδοξον, seu ἀπομνή.	5 Sustentatio.

Ex Lupo eædem.

ὁρισμός.

17 ἐπιτομή.

Ex Aquila eædem.

14 διασυρμός.

12 διατύπωσις.

19 ἀπορία.

20 ἐπίπληξις. seu ἐπιτίμησις.

21 ἀποδίωξις.

22 ἀπόφασις.

23 προυπεργασία.

24 ἀνακοίνωσις. seu ἰδιωτισμός.

25 εὐχή.

26 διάνοια.

3 *Dubitatio.*

6 κατάπληξις. *quæ tamen est inter reiectas ab eo.*

23 *Præmunitio.*

4 *Communicatio.*

Ex Lupo eædem.	Ex Aquila eædem.
10 διαπόρησις.	10 ἀχρία. lib. 2
	1 πεϱδιόρθωσις.

DE FIGVRIS SENTENTIARVM, QVAE COMMVNES SVNT AQVILAE, & Lupo cum Quintiliano tantum, non etiam cum Rufiniano; ut prius demonstratum est.

Ex Quintiliano

Ex Quintil. F.S.	Ex Aquila eædem.	Ex Lupo eædem
1 Interrogatio.	11 ἐρώτημα, et πύσμα	
2 πρόληψις.		4 πρόληψις. lib. 2
3 Dubitatio.		
4 Communicatio.		
5 Sustentatio.		
6 Permissio.		
7 Exclamatio.		
8 Prosopopœia.	προσωποποιΐα.	6 προσωποποιΐα. lib. 2
9 Sermocinatio.		
10 ἀποστροφή.	9 ἀποστροφή.	8 μετάστασις. lib. 2
11 Hypotyposis.		
12 μετάστασις.	16 μετάστασις, sed aliter.	
13 προθεραπεία.		
14 Ironia.	7 Ironia.	
15 ἀπόφασις.	8 παράλειψις.	
16 Confessio.		18 ὁμολογία li. 1
17 ἀξιώπιστις.	6 ἀξιώπιστις.	
18 Digressio.		
19 ἠθοποιΐα.	4 ἠθοποιΐα.	20 ἠθολογία. lib. 1
20 μετάνοια.		15 μετάνοια. lib. 1
21 ἔμφασις.		

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS,

De oratorij ſermonis artificio.



IHI PROPOSITVM *eſt demonſtrare, quo artificio conſtet oratorius ſermo, & quot in orationibus oratorum, quoq; ordine & loco, & quo deniq; modo perquiri debeant. Propoſitum eſt oratori perſuadere dicendo, & amplificando. perſuadet autem argumentis. Argumenta enim probant, & refellunt; ex probatione autem, & refutatione oritur perſuaſio. Argumenta Oratoris ſunt duo, Enthymema, & exemplum; cur hæc, & cur duo probatum eſt lib 1. Rhet. ab Ariſt. Enthymemata referuntur ad Quæſtionem quòd ſi quæſtio non ſit, ne enthymemata quidē eſſe poſſunt, uel δεικτικὰ. i. probantia, uel ἐλεγκτικὰ i. refellentia. Patet ergo enthymematicè loqui oratorem, & hoc eſſe eius proprium, ſicuti ſyllogiſticè dialecticum. Debet igitur orator orationem enthymematicè confingere, ac conformare; non enim omnis oratio talis, ut quæ narrat, ut quæ ſententias profert. Ideo Ariſt. lib. 3. Rhet. docet mutare ſententias in enthymemata, & enthymemata in ſententias. Sic; ſententia; Dulce & decorum eſt pro patria mori. Enthymema fit ſic; à contrario; Si turpe eſt deſerere patriam, honorificum eſt pro patria mori. à maiori; ſi pro amici ſalute, cur non pro patria? Regula; ad mutandam ſententiam in enthymema, inueniendus locus Topicus, nam nunquàm enthymema ſine loco. Quo igitur modo ſententia conuertitur in enthymema, eodem etiam modo narratio, & aliud omne ſermonis genus in enthymematicum uerti poteſt. Sic; Imp. Auguſtus erat uigilans, fortis, nihilq; unquàm gerebat temerè. Hæc eſt narratio, iam conuerte in enthymema; quære prius, & conſtitue quæſtionem. A` contrario; ſi qui temerè res gerunt, Imperium perdiderunt, non mirandum eſt Auguſtum potuiſſe Imperium ſeruare, qui omnia cum conſilio geſſit. Enthymematici ſermonis genera tria ſumo; quot ſcilicet ſunt genera materiæ ſubiecta oratori ad locos proprios, morata, pathetica, ſermocinalis. Enthymema moratum ex propoſitione morata, pathe-*

ticum ex pathetica, sermocinale ex propositione sermocinali. In omni problemate oratorio, quia constat personis, & est particulare, necesse est enasci moratum, patheticum, & sermocinale genus probationis; sermocinale enascitur ex re, moratum & patheticum ex personis. Conforma enthymemata, elice ὑπάρχοντα ex singulis, & uidebis. Exemplum; Vtrum Roscius peremerit patrem. Res est parricidum, personæ sunt, Roscius filius, Roscius pater, iudices, Chrysogonus accusator. Enthymemata propriè uocantur sermocinales probationes. Sic uidetur accipere Arist. lib. 3. Rhet. ὅταν πάθος ποιῇς μὴ
,, λέγε ἐνθύμημα. ἐκκρούσει γὰρ τὸ πάθος. paulò post, οὐδ᾽ ὅταν ἠθικὸν
,, τὸν λόγον, οὐ δεῖ ἐνθύμημα ζητεῖν. οὐ γὰρ ἔχει, οὔτε ἦθος, οὔτε προαίρε-
,, σιν ἡ ἀπόδειξις. Sed doceamus quomodo separatim, quomodo coniunctè proferri possint, quando etiam coniunctè non debeant. Probare ego uolo Roscium non peremisse patrem, habeo ἀπόδειξιν hanc, aberat ea nocte Roscius. non debeo hanc inuoluere morata, aut pathetica oratione, sed nudam proferre. Nota quomodo, & perpende exemplum. Separatim possunt hoc modo. Cicero de lege Agr. Ego Consul pop. Ro. pro Sylla. TESTOR Iouem, omnesq;
,, Deos. Ex Arist. οὐ μεταμέλει μοι καὶ πρὸς ἠδικημένῳ. Coniunctim possunt hoc modo. Audes tu ò impurissime homo me, qui toties Remp. seruaui, malum ciuem, & proditorem uocare? in hoc est πάθος. & est simul argumentum à repugnantibus. Remoue πάθος, & uidebis. Quando separatim igitur proferuntur moratæ, & patheticæ probationes, interseruntur inter sermocinales aptè, & habent uim probandi. Aliquando coniiciuntur in locos Topicos, ut ipsæ sermocinales. in genere iudiciali, deliberatiuo, & demonstratiuo. Quando coniunctæ commiscentur cum ipsis sermocinalibus transeunt in figuras, quæ σχήματα à Græcis uocantur sententiarum, & sunt instar amenti, quo hastam contorquemus. ut ait Cic. lib. I. de Or. Quatenus probationes sermocinales proferuntur nudæ, habes enthymemata, & locos Topicos. Quatenus proferuntur coniunctè cum patheticis, & moratis, habes σχήματα διανοίας. Item quatenus patheticæ, & moratæ per se. Sed quia σχήματα διανοίας qualia sunt, talia etiam secum trahunt, σχήματα uerborum uel hæc, uel illa, item collocationem hanc, uel illam. debes figuram uerborum, & Tropos, item figuram structuræ, & numeros seligere.
Constat igitur necessariò omnis oratorius sermo Affectione, Figura Sententiæ, Loco Topico, Figuris; Verborum, & Tropis, Figura Structuræ, Numero. Figura autem sententiarum ex affectibus ductæ aliæ huic, aliæ illi sunt accommodatæ. Vis uidere? Contemplare sermonem Dialecticorum: ipsi non loquuntur moratè, neque patheticè, ergo non habent aliquid præter locos Topicos.

Topicos. Reliqua enim quæ habet orator, inde habet, hoc est ex pathetico, & morato sermone. In orationibus igitur antiquorum tria considerãda; aut argumentari oratorem tantùm sine affectu, quod quidem raro fit; aut pathetice loqui, & moratè tantùm sine loco Topico, quod tamen non concedere soleo; aut argumentum inuolutum morata & pathetica oratione proferre. Si primum, perquire Locum Topicum; si secundum, uide qui affectus ille sit, qui mores, quos induit, & adnota, quæ σχήματα, item Locos Topicos. Si utrunque, perquire Figuram sententiæ, & locum Enthymematis. Locum ut cognoscas facilius, conforma prius Quæstionem, & elice ὑπάρχοντα ex terminis, quibus constat Quæstio. His ita declaratis, demonstrandum est, quomodo cognosci, & constitui debeat problema; siue quæstio in omni sermone oratorio. Orator aut probat, aut amplificat; ad utrunque adhibet (ut dixi) Enthymemata. Sed differunt. nam qui probat, enthymemata profert ad ostendendum rem esse, uel non esse factam, ut utrum peremerit, an non peremerit. Qui autem amplificat, ostendit rem magnam esse, aut paruam, malum, uel bonum, iustum, uel iniustum. Arist. lib. 2. Rhet. sub finem. τὸ δ᾽ αὔξειν καὶ μειοῦν ἐστιν ἐνθυμήματα πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι μέγα ἢ μικρόν. „ In hac oratione, qua Cicero gratias agit Senatui, extollit beneficium, quo fuit affectus, & magnum fuisse ostendit, ita ut nullum maius. Patet ergo qualia sint Enthymemata, quibus utitur Cic. Sed quia Enthymemata referuntur ad Quæstionem, conformemus ipsam. Qualia Enthymemata, talis etiam Quæstio, si ἐνθυμήματα prioris generis, Quæstio necesse est ut sit coniecturalis, si Enthymemata posterioris generis, Quæstio necesse est ut sit Qualitatis, & comparationis. Conformemus ergo. Sic. Cic. reuocatus ab exilio maximo est affectus beneficio. Hanc partem contradictionis sibi assumit Cic. probandam, quam cum probarit, consequitur gratiarum actio. Quæstio oritur hoc loco. An qui amplificat, & ostendit rem esse magnam, utatur locis Topicis, sicuti qui ostendit rem esse factam. Sciendum sine locis Topicis, & quidem iisdem probationem confici non posse Rhetoricam. Probatio enim omnis oratoria constat loco Topico. i. communi, & loco proprio. i. propositione. Si igitur qui amplificat probat rem esse magnam, uel maiorem, necesse est, ut habeat locos proprios, & locos communes. Loci proprij sunt propositiones (de beneficio loquimur) quales exponit Arist. lib. 2. Rhet. ubi de beneficentia, & beneficio, item de utili, & magis utili. Loci Topici sunt ijdem, qui inseruiunt, & alijs omnibus.

Nunc mihi lubet ostendere uiam ad omnem Quæstionem constituendam in ijs, quæ sunt extra tria illa genera.

Solaris; *Consolatio uersatur circa lugentes ob amissionem.*
Hortaris; *Hortatio uersatur circa aliquid, quod cupis ab aliquo fieri.*
Gratias agis. *Gratiarum actio circa Beneficium acceptum.*
Reprehendis. *Reprehensio circa malefactum aliquod.*
Quaestio debet desumi, (ut enthymematicè loqui possis) ex eo circa quod. Vt utrum lugeri debeat diutius mors patris. pars contradictionis, quòd non. Vtrum philosophiae sit nauanda opera; pars contradictionis, quod debet. huc dirige Enthymemata. Sic in alijs. His ita expositis, accedo ad Ciceronis Orationem ipsam, et conformo Quaestionem, ut Enthymemata perspicere, & inuenire possimus. Vtrum magno affectus sit beneficio Cicero reuocatus ab exilio. pars contradictionis, quòd magno, pars altera cōtradictionis, quòd non magno. Priorem partem contradictionis mihi sumo probandam per Enthymemata amplificantia.

ὑπάρχοντα.

Cicero.	Exilium.	Senatus.
Bonus ciuis.	*Summa calamitas.*	*Fortis.*
Proditus à Clodio.	*Amissio suorum.*	*Constans.*
Per uim pulsus à Gabinio et Pisone.	*Pericula.*	*Amicus bonis.*
Reip. amantissimus.	*Carere Rep.*	*Studiosus Reip.*
Carus omnibus.	*Priuari honoribus.*	*Inimicus malis.*
Reip: seruator.	*Inopia.*	*Seruator Ciceronis.*
Summis honorib. pop. usus.	*Fletus.*	
Consularis.		*Eadem ὑπάρχοντα in singulis Senatoribus.*
Reuocatus magno omnium consensu.		

Haec est ὑπαρχόντων distributio. Considera quomodo ex ijs eliciatur aptè Procemium. Procemium est persimile ijs, quae fiunt in genere demonstratiuo, Arist. lib. 3. Rhet. ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς οἴεσθαι δεῖ ποιεῖν συνεπαινεῖσθαι τὸν ἀκροατὴν ἢ αὐτὸν ἢ γένος, ἢ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ.

Verum enim est, quòd ait Socrates in Epitaph. quòd Atheniensem non est difficile laudare apud Athenienses.

Libet autem hoc loco, antequàm alia explico, quæ ad hanc orationem pertinent, paululum digredi, & refellere quosdam contemptores artis Rhetoricæ. Ars Rhetorica præter triplicem illum usum publicum, quem præbet in genere Iudiciali, deliberatiuo, & demonstratiuo. Habet etiam alias commoditates, & inseruit etiam alijs in rebus tùm publicis, tùm priuatis. M. Antonius apud Cic. lib. de Or. 2. enumerat multa alia munia dicentium, quæ sunt, hortari, consolari, reprehendere, gratias agere, commendare. Ideo ambigit an illa sint tria genera tantum; sed de hac re non est opus hoc loco ut plura dicamus. Si quis igitur dicat, non ubique est Resp. non ubique forum, non est igitur necessaria ars Rhetorica. esto. excluserunt nos à foro Iudices, senatum non habemus, unus est Princeps. unus est Rex; non tamen perijt, aut perire potest ars hæc ornatè dicendi. Remanent enim usus alij priuati, qui nisi sublata hominum societate tolli non possunt; prætereà quis non uidet, quatenus docet inuenire ὑπάρχοντα, *ipsam præbere etiam usum tacitum apud Regem in collocutione priuata, & facit prudentem uideri. hoc sit dictum contra reprehensores tam præclaræ artis. Declarat autem rem ita se habere Aristoteles ipse lib. 2.*
„ ἔστι δὲ ἢ πρὸς ἕνα οἷον οἱ νουθετοῦντες ποιοῦσι οὐδὲν γὰρ ἧττον κριτής ἐστιν
„ εἷς *paulòpost* ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν ἐπιδεικτικοῖς, ὥσπερ γὰρ πρὸς κριτὴν
„ τὸν θεωρὸν ὁ λόγος. *Hæc de usus artis Rhetoricæ. Ecce tibi gratiarum actio ita est necessaria in hac hominum uita sive cum priuato colloquaris, siue per literas agas; siue ad Principem & Regem pro liberata urbe, & beneficio accepto uerba facias, ut sine ipsa ciuilis societas consistere non possit. De hac nunc loquamur. Consistit gratiarum actio in beneficio & beneficentia. Beneficium est id, quod suppeditatur egenti, non spe ullius commodi, sed ut illum tantùm iuuemus.*

Amplificatio. Beneficium.
- *Magnum.*
  - *Valide egentib. datum.*
  - *Magnarum rerum.*
  - *Difficilium.*
  - ἐν καιροῖς τοιούτοις.
  - *Solus.*
  - *Primus.*
  - *Maximè ac potissimum.*
- *Paruum loci 7. Vnde extenuatio.*

Indigentia.
- *Cum aliquis expetit cum molestia.*
- *In corporis conflictatione.*
- *In periculis.*
- *In paupertate.*
- *In exilio.*

Ex Verg. lib. 4. hos uersus proferam, in quibus ferè omnes hi loci perspici poterunt. eiectum literæ egentem.

,, Excepi, & regni demens in parte locaui,
,, Amissam classem, socios à morte redemi.

Itidem paulò antè.

,, Troës te miseri uentis maria omnia uecti.
,, Oramus, prohibe infandos à nauibus ignes, & paulò post.
,, Vultis & his mecum pariter considere regnis;
,, Vrbem, quam statuo, uestra est, subducite naues.

Οἰκονομία huius orationis Cic. qua gratias agit senatui, est hæc.

1 Breue exordium ductum à re ipsa. i. à beneficio collato, & grato animo ipsius.

2 Beneficij amplificatio à ui. quòd multa alia continet. τὸ ἐποικοδομεῖν, & συντιθέναι. Arist. lib. 1. Rhet. Quòd prompto animo.
Sunt loci omnes nu. 10. ijdem sæpe repetiti τῶν χαλεπῶν.
ἐν τοιούτοις καιροῖς. πρώτως, μεγάλων. & reliqui.

3 Ad ostendendum τὸ χαλεπὸν digreditur, & χαρακτηρίζει Consules A. Gabinum, & L. Pisonem.

4 Post digressionem redit ad ostendendam beneficij magnitudinem ex alijs personis, sed utitur ijsdem locis, præsertim τῶν χαλεπῶν. quid quisq; egerit commemorando. & enumerat nominatim 8. Tribb. & 7. prætores.

5 Deinde consequitur gratiarum actio quæ diuiditur in partes 5.
In prima Lentulo agit gratias, & recenset ab eo acta, & amplificat ijsdem locis nu. 8.
In secunda parte gratiarum actionis, Pompeio, & recenset ab eo acta amplificando ut ante.
3 Miloni.
4 P. Sestio.
5 Senatui ipsi.

6 Consequitur formula gratiarum actionis. cum qua est coniuncta etiam alia beneficij commemoratio, & amplificatio.

7 Consequitur Pollicitatio.

8 Mox alia amplificatio beneficij, ex collatione triplici, Metelli, Popilij, & Marij.

9 Pollicitatio cum commemoratione breui rursus coniuncta.

Nunc

Nunc his ita expositis perquirendus est affectus, qualis est in dicente Cic. ex eo.n.uti antè dictum, omnia ornamenta, tum sententiarum, tùm uerborum prouenıunt, & simul cum eo uariantur, & mutantur. Hoc autem quale sit, planius est explicandum. Plutar. in Pelopida refert. Oppressa Thebana ciuitate à Lacedæmoniorum tyrannide, cum ipsam in libertatem asserere studeret Pelopidas uir optimus, et fortissimus, eum clàm in urbē uenisse, cum festum diem agerent tyranni, et uino, atque epulis se ingurgitarent, receptum à Charone in ædes. Tyrannos cum quidem rumor, incertus tamen, ad eos peruenisset Pelopidam in urbem clàm ingressum, nuncium ad Charonem misisse, qui ipsum ad se uenire statim diceret. Perterritus ille primò, & si fortis erat, ac strenuus uir, tàm repentino nuncio. mox animum obfirmat suum, & componit se ad dissimulationem. Spartanus adijt tyrannos. Tùm illi. Audiui ò Charon, aliquos, in primis Pelopidā, qui nobis insidias struerent, in urbem uenisse. Tum ille ex animi dissimulatione permotus, ait. Quinam hi sunt? aut ubi eos esse suspicaris? diligenter quærendi, & omnia facienda, quare tantum scelus detegatur. Sed uidendum primò. an inanis hic fortè rumor sit. Sic illi metum omnem abiecerunt, & animo confirmati sunt, cum ita loquentem, & præseferentur erga ipsos præclaram uoluntatem uidisset. Quòd si inficiatus esset primò, & alio ex affectu locutus fuisset, rem fortasse in maius discrimen adduxisset. Videtis quale affectionis genus tum susceperit pro sua singulari prudentia Charon. ex quo sermonem haberet apud Spartanos tyrannos, Homerus quoque lib. Odiss. 4. ubi Antinoum perturbatum ex nuncio facit, qui retulerat Telemachum Ithaca clàm profectum, ut collectis militibus sibi, reliquisq; procis uim inferret, ait.

„ Τοῖσιν δ' ἀχνύμενος μετέφη εὐπείθεος υἱὸς,
„ Ἀντίνοος. μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι
„ Πίμπλαντ' ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην,
„ ὢ πόποι ἦ μέγα ἔργον ὑπερφιάλως ἐτελέσθη.
„ Τηλεμάχῳ ὁδὸς ἥδε. φάμεν δέ οἱ οὐ τελέεσθαι,
„ Ἐκ τοσσῶν δὲ ἀέκητι πάϊς νέος οἴχεται αὔτως,
„ Νῆα ἐρυσσάμενος, κρίνας τ' ἀνὰ δῆμον ἀρίστους.
„ Ζεὺς ὀλέσειε βίην πρὶν ἡμῖν πῆμα γενέσθαι.

Licet hoc loco intueri Antinoum iratum hoc genere figuratum usum, non illo, uel illo, quia hoc erat conueniens & aptum affectioni, & perturbationi, qua tunc agitabatur.

Aff lætitia, et obseruantia. *Locus proprius 24. ex materie amoris li. 1. Rh. apud Arist.* καὶ τοὺς πρὸς αὑτοὺς σπουδαίως πως ἔχοντας.

Si partes conscripti.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
αἴνησις.	*Locus Top. 25. apud Arist. l. 2. Rhet.* παρὰ τῶν αἰτίων. *Locus refellen. calumniæ.* πλεονάζων ἕνεκα. *Item locus benefic. ex Arist. lib. 2.* τῶν μεγάλων.	*ad πιστ(?) Magnō nō tàm meæ nat. quàm magnit uestrorum benef.*		- ∪ – – *Trocheus cum spondeo.*

Idem aff. *Locus proprius nu. 49. ex materie utiliorum l. 1. itidem l. eodem.* καὶ διαιρούμενα εἰς τὰ μέρη μείζω φαίνεται. *Locus. 49.*

Quæ .n.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
πύσμα.	*Idem.* *Locus 1. & 2. ampl. benef. l. 2. Rhet.* μεγάλων. καὶ σφόδρα δεομένων.		παρακλήσεις.	*Idem.*

Aff. idem. *Locus proprius. 50. ex mat. utilium l. 1. apud Arist.*
καὶ τὸ συντιθέναι, καὶ ἐποικοδομεῖν.
Item locus ex eadem mat. 10. καὶ ὅλως τὰ προαιρετά.
Item locus ex eadem materia. 16. καὶ τὰ πρακτά, πλὴν γὰρ.

Quòd si parentes.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
αἰτιολογία. *expend. l. 4. magnitudinē beneficij, & causas explicat.*	*à causa. Item locus ex benefic. nu. 2.* μεγάλων. *l. 11. Arist. Rh.*	ἐπίθετα *crebra, quæ conueniunt laudanti, et extollenti aliquid. Item* μεταφοραὶ *aliquot.*	διάλυτα *multa.*	

Est amplificatio per incrementum ex Quint. l. 8. cap. 4.
Multa.
Magna.
Innumerabilia.
Omnia.
Item amplificatio per congeriem.
Patrimonium.
Libertas.
Ciuitas. *itidem alia.*

Aff. idem. *Locus proprius ex mat. honesti l. 1. Rh apud Arist. nu. 36.* καὶ ἃ μὴ ζῶντι ἕπεται.

Itaque partes conscripti.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίκρισις. *Post longam. n. ætiologiam statuit, ac decernit rem ita esse.*	*a causa. Itidem locus ex mat. benefic. apud Arist. l. 2. nu. 2.* μεγάλων.			- υ υ υ - υ

Idem aff. *Locus 12. apud Arist. l. 1. ex mat. utilium.* τὸ δὲ χαλεπὸν λύπη, ἢ πλήθει τοῦ χρόνου.

Qui illo ipso tempore.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*Idem. Locus benefic. 3.* τῶν χαλεπῶν. *Locus amplific. ex Quint. per incrementum.*			υ - - υ -

Aff. idem. *Locus proprius.* καὶ ὅσις πιμὴ ἀγαθοῦ ἕνεκα nu. 37. *ex materie honesti Arist. l. 1. Rhet.*

Posteaquam uobis.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παραδιήγησις, & ἐπίπληξις.	Ab effectis. Locus 27. apud Arist. Item locus benefic. 3. τῶν χαλεπῶν.			

Aff. idem cum ira. *Locus proprius idem, & 50. ex eadem materie.* καὶ τὸ τίμιον ἄγειν εἰς τὸ καλόν.

Itaq; uestra auctoritate.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	Idem. Locus ex materie beneficentiæ ad amplificandũ beneficiũ. 3. τῶν μεγάλων.			

Quo-

Aff. idem.

Quo facto utrunque.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	XVIII. *apud Arist. l. 2. Rhet.* ἐξ ἂν συμβαίνῃ ταῦτα.			*v - - -*

Aff. idem. *Locus proprius, ut ante.* καὶ οἷς τιμὴ ἀκολουθεῖ. *num. 37. ex mat. honesti.*

Itaq; illo ipso anno.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*Ab effectis. 27. apud Arist. Locus amplif. ex mat. beneficentiæ 3* τῶν χαλεπῶν. *Itidem 4.* ἐν τοιούτοις καιροῖς.		διάλυτον. *& nota. quàm opportune.*	*v - - v v*

Idem

Idem affectus.

Poſtea uerò quam.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ut ante.	*Idem, ſiue à cauſa. Locus amplif. ex materie beneficentiæ 6. ὑπὲρ πάντων.*	μεταφορὰ. *Caligo Reip. Lucem aſpicere.*		- ᴗ - - -

Idem aff. *Locus proprius, ut ante.* καὶ οἷς πρὶν ἀκολουθεῖ. 37.
ut ante. itidem ex bonis controuerſis.
καὶ ὃ τῆς φρονιμωτάτης περιέκρινε.

Quo quidem menſe.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ut ante.	*à diſſimili.*			- ᴗ - - -

Idem

Idem aff. *Locus proprius idem.*

Itaque postea nihil.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παραδιήγησις. *ut ante.*	*à causis.* *nu. 25. apud Arist. l. 2.* ἅμα τὸ αἴτιον, καὶ οὗ αἴτιον. *Locus amplificandi benef ex mater. beneficentiæ 6.* ἢ πρῶτος.		ἐπαναφορά. *Itidem* αἰ τα πόδοσις. *pulcherrima.*	υ – – –

Affectus idem, & ira simul. *Locus proprius idem.*

Quo quidem tempore.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ut ante. *&* ἐπίπλεξις.	*Idem.* *Locus amplif. ex mat. benefic. 3.* τῶν χαλεπῶν. *Item 2.* τῶν μεγάλων. *ex Quintil. incrementum.*		διάλυτα *multa, quæ conueniunt irato, & reprehendenti.*	– – – υ – – υ

non solùm tactum, sed etiam uiolatum, et uulneratum ferro.

Aff.

Affe. idem. *Locus proprius.* καὶ τὸ πόῤῥω ἀγχιστεῖν.

Qua strage.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παραδιήγησις.	*à causa.* *Locus ampl. 3.* τὸ χαλεπῶν.		πολυσύνδετον, *quod conuertis assenerans.* *nec* *nec* *nec.*	v - v -

idem aff. *Locus proprius.* καὶ ὁ τῆς φρονήματος περίκρινε *ex bonis controuersis nu. 9. l. 1. apud Arist.*

Princeps P. Lentulus.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παραδιήγησις. *ut ante.*	*à causa.* *Locus amplif. ex beneficentia nu. 6.* πρῶτος. *ibidem 7.* μάλιστα.		ἐπαναλήψεις *tres* διάλυτον.	- ? - v v

Idem aff. *Locus proprius, καὶ οἷς πρὶν ἀκολουθεῖ. nu. 37. ex mat. honesti li. I. Rhet. Arist.*

Vt uero inijt.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem. *& μετάνοια.*	*à causa. & à consequentibus. Locus benef. amplif. ex mat. benefic. nu. 7. ἢ μάλιστα.*			υ – – υ

Aff. idem. *Locus proprius. καὶ ἐφ' ὅσοις πρὶν μᾶλλον. nu. 18. ex eadem materie.*

Dii immortales.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπιφώνημα.	*à causa. Locus amplif. benefic. τῶν χαλεπῶν. nu. 3.*			– υ – –

Idem aff. *Locus proprius idem.* καὶ τὰ ἁπλῶς ἀγαθά, ὅσα ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐποίησε παριδὼν τὸ αὑτοῦ. ρη. 20. *ex mat. honesti.*

Audieram.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίκρισις.	*à consequentibus.*			- ∪ ∪ ∪ - - *nere potuisset.*

Idem aff.

Quòd si Q. Metellus.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
πύσμα.	*à pari.*			- ∪ ∪ ∪ - - *remq́; uideatis.*

Aff.

Aff. ira quatenus maledicit. — *Locus proprius. ex mat. honeſtorum, & turpium. nu. 12. & 14. apud Ariſt. l. 1. μικροψυχία δὲ τοὐναντίον. μικροπρέπεια.*

Sed fuerunt duo Coss.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STP.	N.
χαρακτηρισμός. Sic uocat Rufinianus. deſcribit autem utrunque Cos. Piſonem. ſ. & Gabinium.	*à cauſa.*	*ἀντίθετον. Vide Quint. li. 9.*		- - - v - v

Eſt hic χαρακτηρισμὸς, ſiue χαρακτηρισμὸς ſatis longus duorũ Cos. Piſonis, & Gabinij ſceleratiſſimorum hominum, à quibus Cic. fuit, accuſante Clodio. in exilium eiectus. Vt autem magis artificium cognoſci poſſit ἐνθυμημάτων, quibus utitur orator, libet problema conſtituere, ad quod ſingula referuntur enthymemata.

,, *An Gabinius, & Piſo benè animati fuerint erga Cic. & remp.*

Altera pars contradictionis, ut uocant, eſt hæc.

,, *Quòd fuerunt bene animati erga remp. et Ciceronem. uiri boni. Vel*

,, *Quòd difficile fuit reuocare Ciceronem. in alio problemate. quia improbi Coss. reſiſtebant uoluntati bonorum. ex quo patet quanta ſit beneficij magnitudo collati in Ciceronẽ, ut. n. hoc demonſtraret, illud ſuſcepit probandũ. Iam uerò problemate cõſtituto incipient elucere enthymemata ſingula; decipitur. n. aliquis. ſi putat aliter, quàm enthymematicè loqui oratores.*

Aff. idem. *Locus proprius 2. & 3. ex mat. Quibus irascamur. lib. 2. Rhet. Arist. 2. καὶ τοῖς τὰ, τοιαῦτα βλάπτουσιν ὅσα ὕβρεως σημεῖα. 3. καὶ τοῖς κακῶς λέγουσι, καὶ καταφρονοῦσι.*

Quorum alter à me.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem, & ἐπίπληξις.	*à causa. Locus amplif. incrementum, et ratiocinatio apud Quint.*		*προμείωσις, διάλυτα.*	*- ∪ ∪ ∪ - - Quibus sæpe utitur. esse uoluerūt.*

Aff. idem. *Locus proprius ex mat. honesti, sed è contrario desumptus σωφροσύνη.*

Quorum alter.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem. & ἐπίπληξις.	*à repugnantibus.*	*ἐπίθετα multa, quæ conueniunt irato, et reprehendenti.*	*ἐπαναφοραὶ crebræ eidem affectui conuenientes.*	*- ∪ ∪ ∪ - - esse uoluerunt. ut ante. eadem.n. sunt uerba, & idē numerus.*

Aff.

Aff. idem. *Locus proprius nu. 6. li. 2. Rh. Arist. de contemptu.* ὁ γὰρ καταφρονῶν ὀλιγωρεῖ. *paulo post.* ἃ γὰρ οἴονταί μηδενὸς ἄξια.

Idemq; postea.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
χλευασμός. Vide Rufin. l. 1. nu. 3.	*24. apud Arist. Locus amplific. apud Quintilianum per ratiocinationem, itidem per collationem.*	*crebra ἐπίθετα περίφρασις, siue ænigma conueniens obtrectanti.*	*ἀνταπόδοσις saluti meæ pro familiaritate reip. pro fortunis suis amicissimum.*	*- v - v duo iambi.*

Aff. idem. *Locus 7. ex mat.* ἐπηρεασμοῦ *ibidem.* ἐμποδίζειν ταῖς βουλήσεσιν οὐχ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκείνῳ.

Et cum uos uestem.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	24. τοῖς προδιαβεβλημένοις.	*crebra. ἐπίθετα. ut ante.*	*ἀντίθετον. minus occultè ne apertè. uestrum malū. incommoda patriæ.*	v - - v v

Aff.

Aff. idem. *Locus proprius nu. 9. apud Arist. l. 1. Rhet. ex mat. honesti.* πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῦ σώματος. ἀκολασία δὲ τοὐναντίον.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Alter χρηστεισμὸς. et χλευασμὸς. Cum ironia ét. Qua auctoritate uir? & post. grauis auctor. Itidem aliæ.	Locus 24. apud Arist. τοῖς προδιαβεβλημένοις. ex quibus ueluti ex signis cognoscas consulem non esse bonum.	crebra epitheta, quæ conueniunt χλευάζοντι.	διάλυτον, quod conuenit irato, & reprehendenti.	– – – – duo spondei.

Aff. idem. *Locus proprius 5. & 6. apud ex mat. honesti.* ἀνάγκη δὲ μεγίστας εἶναι τὰς ἀρετὰς τὰς τοῖς ἄλλοις χρησιμωτάτους, ἢ ἐν πολέμῳ. *Sumendi per contrarium.*

Nam ille alter.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
χρηστεισμὸς. alterius Cos. et χλευασμὸς. simul.	Idem.	περίφρασις. conueniens irato, et χλευάζοντι.	ἐπαναφοραὶ, & διάλυτον. Itidem ἀντίθετα.	– υ υ – –

Aff.

Aff. idem. *Locus proprius. 15. è contrario sumptus* φρόνησις διανοίας ἀρετή. *Item locus 44.* καὶ τὸν ἔλεον. *Item locus 9.* σωφροσύνη δι' ἣν ζῆς ἡδονὰς τοῦ σώματος.

Cum hoc homine.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
χλευασμός.	Idem.	παράφρασις conueniens. χλευασμός. *Ita.n.natura cõparatum est, ut conuitium faciẽtes alteri, quæramus alicunde similitudinem, & analogiam. Ideo Arist. has sub metaphoræ appellatione collocat.*	διάλυτα. *multa.* ἐπαναφοραί. *crebra.*	υ – – υ υ

Aff. idem. *Locus proprius idem 9.* σωφροσύνη. *è contrario sumptus. Item ex affect. amoris li. 2. Locus 11.* καὶ τοὺς σώφρονας, ὅτι οὐκ ἀδικεῖ. *è contrario.*

Cum uerò etiam literas.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
χλευασμός. *ut ante. Ironia. non ex istis ineptis.*	Idem.		ἀντίθετα. διάλυτα.	υ – – – *q; uersari.*

Aff.

Aff. idem. *Locus proprius 9. ex materie honesti è contrario sumptus ut ante.*

His utitur.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
χλευασμός.	Idem.	μεταφοραὶ.	ἐπαναφορὰ.	- v
		uestigant.	hi.	- v
		odorant.	hi.	
			his:	
			horum.	

Aff. idem. *Locus proprius ex materie beneuolentiæ. l. 2. apud Arist.* καὶ τοὺς μὴ πλαττομένους πρὸς αὐτοὺς.

Is non me.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	Ab enumeratione.			
Item ἀπόφασις.	Non eloquẽtia.			
	non consilio.			
	sed rugis.			
	& supercilio			
	decepit.			

Aff.

Aff. idem. *Locus proprius.*

L. piso.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίπληξις. & ἀποστροφὴ.	à repugnantibus.		ἀντίθετα. multa. ista fronte. non uita. isto oculo non animo. ἐπαναφορὰ. non te. non. non.	- - - v - - uti non liceret.

tegere uitia sua. — *non tegere sua uitia.*

non uersari cum improbis. — *uersari cum improbis.*

Idem aff. Locus 8. & 9. è contrario sumpti ex materie beneuol. l. 2. καὶ τοὺς εὖ ποιητικοὺς εἰς χρήματα, καὶ εἰς σωτηρίαν. καὶ τοὺς δικαίους.

Cum hoc coire.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίπληξις.	*à repugnantibus. ut ante.*			– v – v

consulem esse bonum.	*consulum non esse bonum.*
subuenire reip. edictis.	*non subuenire reip.*

Idem

Idem aff. *Locus proprius 37. è contrario sumptus ex materia beneuolentiæ. καὶ τοὺς μὴ φοβεροὺς, καὶ οἷς θαῤῥοῦμεν.*

Capuæ'ne.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*à repugnantibus.*			– υ – –

Consulem esse Romæ. — *Consulem esse Capuæ.*

Senatui parere. — *Non parere.*

Idem aff. *Locus proprius* 34. *ex materie eadem li*. 2. Rh. *Arist. è contrario sumptus*. καὶ ὅλως τοὺς σφόδρα φιλοφίλους. *Item* 35. καὶ μὴ ἐγκαταλείποντας.

Tu es ausus.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*à repugnantibus*.			- v - -

misericordem esse. — *non misericordem esse*.

seruare aliquẽ. — *constrictum tradere inimicis*.

Idem aff. *Locus proprius 11. ex materie contemptus li.2.*

αἴτιον δὲ τῆς ἡδονῆς τοῖς ὑβρίζουσιν, ὅτι οἴονται κακῶς δρῶντες αὐτοὺς ὑπερέχειν μᾶλλον.

Tu meum generum.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*à repugnantibus.*			-ᵕᵕ
				--

Idem aff. *Locus 9. ex materie consumptus, & iniuriæ l. 2.*

τῷ βλάπτειν, καὶ λυπεῖν ἐφ' οἷς αἰσχύνη ἐστὶ τῷ πάσχοντι.

Nondum palàm.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπιτίμησις.	*24. li.2. Rh. Locus amplif. Vide Quint. nā in his uerbis. uacuo non modò à bonis, sed etiam à liberis. est incrementum per ratiocinationem.*		*Quæ magnam habent uim ad efficiendum ut plurima esse uideantur ea, de quibus loquitur. & conueniunt reprehendenti. & irato.*	---ᵕ *donabantur.*

Aff.

Aff. idem. itidem obseruantia & amor.	Locus proprius 4. amoris li. 2. καὶ τοὺς πεποιηκότας εὖ φιλοῦσιν ἢ αὐτοὺς, ἢ ὧν κήδονται, ἢ εἰ μεγάλα, ἢ εἰ προθύμως, ἢ ἐν τοιούτοις καιροῖς.

Horum Consulum.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίκρισις,	à causa.		μερισμός.	
siue προομο-	Locus benefi-		& αἰτιολογία	
λογία.	centiæ.		multa.	
Item πύσμα	ex Arist. l. 2.		περὶ μερισμοῦ.	
duplex.	Rhet. nu. 3.		Vide Lupum	
conueniens	τῶν χαλεπῶν.		li. 1. nu. 17.	
laudanti.				

Idem aff.	Locus 8. ex nat. honesti ἀνδρεία δι' ἣν πρακτικοὶ τῶν καλῶν ἔργων ἐν τοῖς κινδύνοις, καὶ ὡς ὁ νόμος κελεύει, καὶ ὑπηρετικοὶ τῷ νόμῳ.

Quàm rationem.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παραδιήγησις.	Idem.		ἐπαναφοραί.	- -
et προομολογία.	Locus		διάλυτα	- υ
ut ante.	beneficentiæ.		crebra.	- υ
	Idem.		Nota quàm con	- -
	τῶν χαλεπῶν.		ueniant affe-	- υ
	Locus amplif.		ctioni dicen-	
	ex Quint. per		tis.	
	ratiocinationē.			
	nō solū adiutor			
	sed etiam socius.			

Idem aff. *Locus 8. idem.*
Locus ex eadem mat. 3.
καὶ δύναμις ἐνεργητικὴ πολλῶν καὶ μεγάλων.

Iam cæterorum.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παράλειψις,	*Idem.*			-υ
& ἀπαρίθμησις.				--
ex Demetrio.				--
				--
				-υ
				--
				υ-
				--
				-υυυ
				--

Locus 34. ex mat. amoris. καὶ τοὺς φιλοφίλους.
Item 33. καὶ ὁμοίως τοὺς ἀπόντας.
35. καὶ τοὺς μὴ ἐγκαταλείποντας.
26. τούτῳ ἐπιτηδεύοντας.
9. τοὺς εὖ ποιητικοὺς εἰς χρήματα, εἰς σωτηρίαν.
8. καὶ τοὺς τοῖς αὐτοῖς ἐχθρούς.

Iam uerò,

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παραδιήγησις.	*Idem.* *Locus ex mat. benefic. ad amplific. 4.* ἐν καιροῖς τοιούτοις. & *ibidem ex mat. indigentiæ locus 3.* ἐν πενίᾳ, καὶ φυγαῖς.			-υ --

Aff.

Aff.
Mansuetudo.
gratus animus.
& beneuolentia.

Quæ cum libenter
commemoro.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παραδιήγησις.	*à causa.*			--
& παράλειψις.	*& à repugnantibus.*			--
	à causa.			
	Sic.			
	Prætereo, quia non est mei temporis iniurias meminisse.			
	uel à repugnantibus.			

potentem esse. ——— *afflictum esse.*

ulcisci iniurias. ——— *obliuisci iniurias.*

Hæc tota in primis est probatio ἠθική i. morata. ut uocat Aristoteles. effingit. n. se talem Cic. gratum scilicet erga amicos, placidum, bonum, dissimulantem iniurias aliorum. minimè tamen lentum in ulciscendo inimicos apertos. Nec tamen non cadit in locum aliquem ex communibus; decipitur. n. aliquis, si putat moratas, aut patheticas probationes non cennici in locos topicos, qui communes ab Aristotele dicuntur.

Idem aff. *Locus proprius mihi.*

Alio mihi.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίκρισις.	*à causa.*		*μερισμός.*	υ -
& αἰτιολογία.	*vel à contrario.*		*timidis amicis*	- -
ἐπικρίσεως.	*à causa. sic.*		*ignoscam.*	- υ
ipsius.	*nō cogito ulcisci*		*proditoribus nō*	- -
et ἐξουθενισμός.	*inimicos meos,*		*indicem dolorē.*	
	quia cogitandū		*Benemeritis ami*	
	est potius, quā		*cis gratiam re-*	
	amicis gratiam		*ferre.*	
	referre possim.			
	à contrario sic.			

Vlcisci iniuriam inimicorum: referre gratiam amicis.
magis decet me occupatum esse referenda gratia amicis, quàm ulciscenda iniuria inimicorum.
Hæc quoque probatio morata est, in qua se gratum ostendit, & bonum uirum.

Aff. idem. Locus 4. καὶ τοὺς πεποιηκότας εὖ φιλοῦσιν, *ex mat. beneuol.* ἢ αὐτοὺς, ἢ ὧν κήδονται. *ut ante.*

Quando. n. ego huic.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
αἰτιολογία,	*à causa.*		ἐπαναφοραὶ.	υυυ-
& πύσμα	*nō potest par re*		*crebræ, quæ con*	--
sæpe repetitum.	*ferri gratia,*		*ueniunt* πύσ=	
	quia nimis ma-		ματι.	
	gnum est benefi-		*et extollendo*	
	cium.		*beneficio.*	
	Locus amplif.		*Item pul=*	
	beneficij 6.		*cherrimus.*	
	πρῶτος.		μερισμός.	
	„ qui primus.		*à morte ad ui=*	
	Itidem locus in-		*tam.*	
	digentiæ 3.		*à desperatione*	
	& 2. *Arist.*		*ad spem.*	
	l. 2. Rhet.		*ab exitio ad sa-*	
			lutem.	

3. ἐν πενίᾳ καὶ φυγαῖς.
2. ἐν ταῖς τοῦ σώματος κακώσεσι.
καὶ ἐν κινδύνοις.

Idem aff. *Locus. qui ante.* καὶ τοὺς ἐν πενητικοῖς εἰς τὰ μεγάλα.
Itidem alter. καὶ τοὺς μὴ ἐγκαταλείποντας.

Quando .n.
huic homini.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
πύσματα	*à cauſa.*	μεταφορὰ,	ἐπαναφοραὶ	υ υ υ -
ſæpe repetita,	*Locus amplific*	*ſimul,*	*crebræ*	*poterit.*
quæ conueniunt	*beneficij ex ma-*	*&* ἐνάργεια.	*in repetendo*	υ υ
laudanti, et gra	*teriæ beneficen-*	*iacenti dex=*	*pyſmate.*	- -
tias agenti.	*tiæ 5.* πρῶτος.	*tram porri=*	*Itidem in re=*	*q; por=*
	Itidem locus 3.	*gere.*	*ſponſionibus*	*rexit.*
	indigẽtiæ. et 2.		*ad pyſmata.*	υ - - -
	Vide ibidem			*reuo=*
	apud Ariſt.			*cauit.*
	l.2. Rhet.			υ - -
				honeſta=
				ret.

Hæc eſt prima pars gratiarum actionis, qua P. Lentulo, & Metello gratias agit, & recenſet ab utroque acta, ut Ciceronem reuocarent.

Primùm quòd Lentulus cogitauit, quomodo honeſtè Ciceronem ſubleuare poſſet, ubi primùm eſt deſignatus conſul. deinde quòd in illius ſententiam factum eſt S. c. de reuocando Cic. quod continetur ſequenti periodo.

Idem affectus simul et lætitia. *Locus proprius ex materie honesti. li. 1. Rhet. apud Arist. nu. 18.* καὶ ἐφ' ὅσοις τιμὴ μᾶλλον, ἢ χρήματα.
Itidem 38. καὶ τὰ περιττά, καὶ τὰ μόνῳ ὑπάρχοντα.
Item locus ex materie iucundi 4. καὶ τὸ σπάνιον διὰ χρόνου.

Quid.n.magnificentius.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
πύσματα.	*à causa.*	μεταφορά.	ἀντίθετα,	- v
eodem modo,		*insignis.fra-*	*fractum, &*	- -
& ætiologia.	*Locus amplif.*	*ctum & dis-*	*dissipatum.*	*dum ue-*
Nam expendit	*beneficij, ex*	*sipatum.*	*restituendum.*	*nirent.*
uim singulorũ.	*mater.benefi-*			- v
Itidem perele-	*centiæ nu. 6.*			- -
gans.	ἢ μάλιστα.			*exularet.*
ἀποστροφὴ	*Item locus*			
post πύσματα.	*amplif. 8.*			
accommodata	*in apostrophe*			
lætanti, &	*apud Arist.*			
exultanti.	*li. 1.* καὶ εἰς			
	ὃν πρῶτον.			

Idem affectus. *Locus proprius. ex mat. honesti nu. 23.* καὶ ὅσα τεθνεῶτι.
Item nu. 35. καὶ τὰ μνημονεύματα. *& hoc propter S.C.*

Quid ego gloriosius.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem,	*à causa.*			- v
	Locus amplif.			- -
	ben. ex materie			
	benef. nu. 6.			
	ἢ μάλιστα.			

Idem

Idem aff. *Loci ex materie honesti, qui ante.*
Item Locus proprius 39 ex materie iucundi li.I.Rh.Arist.
καὶ τὸ θαυμάζεσθαι, διὰ τὸ τιμᾶσθαι.

Idemq; Cos.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παράλειψις.	*à causa.* *Item 18. li. 2. Rhet.* ἐὰν συμβαῖνον ἡ ταὐτό. *Locus amplif. benef. nu.6.* ἢ μάλιστα.	ἔμφασις. *uera bonitas. uera nobilitas.*		– υ υ – *deposuit.*

Idem aff. *Locus proprius, quatenus in Cicerone.* καὶ τιμὴ καὶ εὐδοξία. *ex materie iucundi. li. 1. Rh. Arist. nu. 33.*
Quatenus in Metello.
Locus ex materie honesti. καὶ ὅσα μὴ αὐτοῦ ἕνεκα. *nu. 19.*
Item ex materie ἐπαινῶν *li. 1.*
καὶ ἀγαθῶν ὧν ἔπαθε μᾶλλον, ἢ κακῶν. *nu. 9.*
Item ex materie honesti locus 53.
μείζων γινόμενος βελτίων, καὶ καταλλακτικώτερος.

Nam Q. Metellus.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*à causa.* *In obliqua autē oratione Seruilij ad Metellum, quam recenset Cic. est.* *Locus 12.* ἐκ κρίσεως περὶ τοῦ αὐτοῦ. *paulòpost.* ἐς ἀποδέχονται οἱ κρίνοντες.	*crebra epitheta quæ conueniunt laudanti. 10.* *Item locus amplif. per ratiocinationem apud Quint.* *Salutis non modò defensor, sed etiam dignitatis ascriptor.*	ἀντίθετον. *honestus ipsi. bonis luctuosus.*	– – υ –

Idem

Idem aff. *Locus proprius ex materie honesti nu. 18.*
καὶ ἐφ' ὅσοις πὺ μᾶλλον.
Item 38. καὶ τὰ περιττὰ, καὶ τῷ μόνῳ.

Quo quidem die.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*Idem.*	μετωνυμία.		υ -
		audiente tota.		- υ
	Locus amplif.	*Italia,*		
	ben. 6.	*& astante.*		
	ἢ μάλιστα.			

Idem aff. *Loci proprij ijdem.*

Ad hæc non modo.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀπρίθμησις.	*à causa.*		διάλυσι.	υ -
ex Demetrio.			προμησίωσις.	- -
ut ante.	*Locus benef.*		*in fine.*	
	ampl.		*& principio.*	
	Idem.		*addidistis.*	
			decreuistis.	

Idem

Idem aff. *Locus 34. καὶ νίκη.*
καὶ πρὶν. paulò post ὑπόβολῳ τῆς ἀρετῆς δηλοῖ.
Item Locus proprius. ex materie beneficii nu. 35.
καὶ τὰ μνημονεύματα.
intelligo plebiscitũ in comitijs centuriatis de reuocãdo Cic.

Quid? ut agerentur.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*Idem.*			- ᴗ
cum prosmate,	*Itidem locus. 12*			- -
repetito.	*ἐκκλησίας.*			*compro-*
	ut ante.			*barent.*
	τῶν αὐτῶν.			
	ut eædem centuriæ, quæ me cõsulem fecerant, consulatũ meum comprobarunt.			

Idem aff. *Locus proprius idem 34.*

Quo die quis ciuis fuit?

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
πνεύματα.	*à causa.*		*ἐπαναφορά.*	ᴗ -
duo maximè	*ut ante.*		*tantum.*	- ᴗ
apta laudanti,	*Locus amplif. 3.*		*tantum.*	
& extollenti.	*μεγάλων.*		*quando.*	
	& 6. μάλιστα.		*quando.*	
	Item 3.			
	indigentiæ.			

Locus proprius idem 34.

Itaque P. Lentuli.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
προδιήγησις.	*à causa.*			v -
& ἐπίκρισις.				- -
	Locus amplificandi beneficij. ex mat. benefic. 3. μεγάλων. Item 5. μόνος.			


Hactenus gratiarum actio P. Lentulo pertractata fuit. & continet partes 8.
Nam in tot actiones diuisit Cic. beneficium à Lentulo in se collatum.
Prima sumitur ab eo tempore, quo designatus erat Cos.
Secunda ab eo tempore, quo Cos. erat. ait. n. Idemq; Cos.
Tertia ibi est, ubi hæc sunt uerba. quo quidem die.
Quarta ab illis uerbis deducitur. Atque illo die.
Quinta ab illis. Ad hæc non modò adiumenta.
Sexta illinc orditur. Quid? ut agerentur gratiæ.
Septima ab illis uerbis. Quid? ut ad illam diem.
Octaua ab illis. Quid denique eo die. Ita beneficium Lentuli in octo partes diuisum est à Cic. ut magnitudo ipsius apertius demonstraretur.
Nunc consequitur secunda pars gratiarum actionis.
Nam postquàm gratias egit P. Lentulo. agit Pompeio.

EIVSDEM

TABVLAE ORATORIAE,

SIVE

EXPLICATIO ARTIFICII IN ORATIONEM CICERONIS PRO MILONE.



ARGVMENTVM ORATIONIS.



RATIONEM *hanc pro Milone à Cicerone habitam, omnium laudatissimam esse ait Asc. Scripsit autem illam Cicero itâ diligenter, ut iure talis possit haberi. Duas uerò scimus ab eo scriptas, quarum alteram oratiunculam uocat Quint. exceptam à librarijs, dum diceret Cicero, & de ea meminit Asc. in argumento. erat enim ille mos. Plutar. in Catone narrat, à Cicerone dispositos uelocissimè scribentes librarios, qui per notas exciperent sententias de coniuratis, & sic seruatam M. Catonis orationem. Consueuerat etiam M. Cicero aliter, quàm dixerat, postea domi, & attentius scribere suas orationes. ut patet in Verr. Asc. teste. nam præter primam, & secundam reliquas non habuit in foro; sed scripsit tantùm. acclamatione infesta Clodianorum Cicero interpellatus, qui ne metu quidem circunstantium militum contineri potuerunt, non ea, qua solebat, constantia dixit. hæc Asc. Milo igitur exulans Massiliæ dicitur, perlecta hac oratione, quam Cicero ad illum miserat, dixisse; præclarè secum actum, nam si sic dixisset Cicero, non esitaret barbatos mulos Massiliæ Milo. Dion. lib. xxxix.*

De statu autem resp. Romanæ, & temporibus, quibus est oratio habita, breuiter dicemus.

Grauissimas iras, & inimicitias inter Clodium, & Ciceronem intercessisse omnes sciunt. Cic. lib. I. ad Att. Plut. in Cic. App. lib. ij. Dion. lib. xxxix. Hinc Clodij adoptatio, de qua Cic. lib. ij. epist. ad Att. hinc eiusdem Tribunatus, idem in orat. pro Do. ad Pont. hinc abrogatio illarum legum Æliæ, Fusiæ, & reliquarum, quas Cicero præsidia reipub. uocat lib. epist. ad Att. ij. hinc exiliū Ciceronis, lib. epist. ad Att. iiij. & lib. epist. fam. I. epist. longa, & Plut. in Cic. & alij. Ciceronis causa Milo suscepit inimicitias cum Clodio, nam reuocauit illum ab exilio Trib. pleb. cùm esset. Cic. lib. epist. ad Att. sub finem in orat. pro P. Sestio. Et cùm Clodius multa moliretur in Ciceronem post reditum, Milo illum accusauit de ui. Sed Clodius ædilitatem petebat, ut uitaret accusationem fortasse, quod tamen non liquet, etsi id narrat Dion. lib. xxxix. nam profiteri non poterant rei. Sal. in Cat. & Cic. in orat. de lege Agraria. Milo ante diem in comitia, & occurrens Appio cos. obnunciat. Cic. lib. iiij. ad Att. sæpe pugnatum in urbe cum Clodianis. Cic. eodem lib. hinc Cic. de Milone. Heros ille noster lib. iiij. & rursus, Clodium à Milone occisum iri puto. nisi error fortasse est in eo loco librarij.

Reipub. status tunc erat huiusmodi.

Anno DCC. ab urb. cond. post Ciceronis cōsulatū anno ix. post Ciceronis reditum anno iij. Coss. L. Domitio Aenobarbo. Ap. Claudio. ob uarios tumultus, ac seditiones Respub. erat ualde perturbata. Ardebat ambitus. Cic. lib. iiij. ad Att. Variæ accusationes, sed omnes absoluebantur, quod erat signum non bene ualentis reip. Cic. ibidem, & lib. iij. ad Q. Fr. Dion. lib. xxxix. App. lib. ij. Mense Nouembri nondum propter tumultus erant designati coss. Cic. lib. iiij. ad Att. nam mos erat designare Sextili mense, aut Septembri. Cic. lib. I. ad At. epist. I. Agitatum est de creando dictatore. hinc Cic. lib. iiij. ad Att. & lib. iij. ad Q. F. ait. Nonnullus est dictaturæ odor. Designati demum coss. Domitius Caluinus, Valerius Messala, Dion. lib. xxxix. Mox eodem anno uariæ turbæ, cædes, seditiones.

App.

App. lib. ij. Dion. ibidem. cic. lib. iiij. ad Attic. Consulatum insequentis anni petebat Milo. cic. lib. ij. epist. famil. Plancus ut Asc. Hypsæus, idem in arg. pro Mil. clodius præturam. hinc rixæ. cic. in orat. pro Mil. Asc. in arg. Occiditur Clodius obuius illi factus, dum Lanuuium iret cum Fausta uxore, rheda uectus. Cic. in oratione hac, & Asc. in arg. Dion. lib. xxxix. Occiditur & Clodij filius, qui articulatim cæsus à seruis Milonis. Asc. in arg. or. huius. clodiani in curia subsellijs in unum congestis bustum clodij fecerint. curia incensa, & domus Lepidi interregis. cic. in hac orat. & Asc. in arg. S. C. factum, ut uideret interrex (nam ad interregnum resp. uenerat) ne quid detrimenti respub. caperet. de hoc genere S. C. cæsar lib. I. bel. ciu. & Liu. lib. ij. ab urb. cond. & Sal. in catil. Duos interreges nominat Asc. Lepidum, & Sulpitium: alios non nominat, multos enim fuisse necesse est. Pompeius uocatus ad urbem. erat enim in Hispania Procos. Dion. lib. xxxviii. & xxxix. Plut. in Pomp. Creatur non dictator quidem, nam uitauit inuidiam, sed cos. solus. ut rempub. componeret, mense intercalari ab interrege Sulpitio. Asc. in arg. & alij. Statim leges tulit de ui. & de cæde facta in uia Appia nominatim. cui intercessit M. cælius Trib. pleb. quòd esset priuilegium, non lex. Asc. in arg. huius orationis, quæ sit lex, & priuilegium, cic. lib. iij. ad Attic. ferè sub finem. Etiam tulit legem, ut accusator dicendi duas horas, reus tres. Asc. in arg. huius. cic. in Bruto. Itidem legem tulit, ut triduo antè audirentur testes, quàm diceretur causa, & reus ipse interrogaret. Asc. in arg. orat. huius. Postularunt accusatores seruos Milonis ad quæstionem, nam hic erat mos. cic. in orat. pro Sex. Rosc. & pro Deiotaro. & in hac pro Mil. Milo excipiebat, quòd donasset eos libertate. L. Domitius Aenobarbus in causa hac fuit quæsitor, & iudices incorrupti electi à Pompeio. Asc. in arg. huius. Pompeium legere non sortiri iudices oportere sensisse. Scribit cic. lib. ij. ad Att. Licebat uerò per legem ex singulis ordinibus quinos reijcere. Asc. ibidem. de reiectione, & subsortitione iudicum. cic. in prima in Verrem. & ibi Asc. & cic. lib. I. ad Att. ubi de iudicio clodiano, & illum cum lanista confert.

Status est qualitatis, iudicialis, per remotionem criminis in ipsum mortuum.

PEremi, sed iure. quia ille prior parauerat insidias. Non parauit prior. Vtrum parauerit. Hinc alter status coniecturalis, quẽ adeò amplè tractat Cic. ut uideatur primarius. Brutum testatur Quint. orationem scripsisse, in qua defendebat Milonem fuisse è republica perimi Clodium. & idem Quint. lib.iiij. ait Cicerônis consilium in hoc statu non probasse.

*A*Cta est hæc causa centesimo die post mortem Clodij mense intercalari. Affuerunt Miloni Q. Hortênsius, M. Cicero, M. Marcellus, M. Calidius, M. Catô, Faustus Sylla, Q. Hortensius in hac causa uerba pauca dixit, liberos eos esse, qui pro seruis postularentur ad quæstionem. Hæc Asc. in arg. huius orationis. Idem ait, euntibus ad tabellam ferendam iudicibus iij. idus April. clausas fuisse toto foro tabernas, & præsidia in foro circa omnes aditus fori Pompeium disposuiße. Ideo Plutarchus in Cicerone ait. Milonem Ciceroni suasisse, ut in forum lectica deferretur tectus, ne armis terreretur. quæ Plutarchi sententia non conuenit cum Asconio, qui in eodem argumento ait. armatos milites adhiberi postularunt Cælius Trib. & Milo propter impetum Clodianorũ à quæsitore L. Domitio. hæc Asc. & in epistolis ad Att. L. Cornelius Balbus scribit Ciceronem id à Põpeio postulasse, quæ si uera essent, non uideo cur Ciceroni timendum fuerit, ne contra se & Milonem eßent disposita. Crediderim potius à Pompeio, uel à L. Domitio fuisse disposita, ne qui tumultus oriretur. ideo Clodiani contra Milonem esse disposita iactabant. ab altera parte Miloniani contra Clodianos potius. Ex his colligere poteris Ciceronem iure optimo, partim timuisse, partim non timuisse, ut ante diximus, quamuis res tota ex proœmio ipso cognosci potest, in quo apertè licet intueri affectionem oratoris, cum ueniret ad dicendum.

Sermonis ex affectione deducti exemplum fuerit ex Homero lib.iiij. Odyss. cum Penelope audisset procos parare insidias filio Telemacho.

„ τῆς δ' αὐτοῦ λῦτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ.
„ δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε. τὼ δέ οἱ ὄσσε
δακρυόφιν

„ δακρυόφιν πλῆσθεν. θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή.
„ ὀψὲ δὲ δή μιν ἔπεσσιν ἀμειβομένη προσέειπεν.
„ κῆρυξ τίπτε δέ μοι παῖς οἴχεται, οὐδέ τι μιν χρεὼ
„ νηῶν ὠκυπόρον ἐπιβαινέμεν. *& quæ sequuntur.*

Alia multa non ex Homero modò, sed etiam ex Vergilio nostro proferri possent exempla. numquam enim aliquem loquentem faciunt, quin eius affectionem ante exprimant; si præsertim magna sit, ac uehemens. Affectione perspecta, multo facilius sermo perspici potest qualis sit; quali'que figurarum forma prolatus, uel sententiarum, uel uerborum, uel structuræ, uel numerorum, quam'que affectioni illi, unde primùm manat, conueniat. Quintilianus etiam lib. iiij. cap. de exordio, nobis in affectione Ciceronis demonstranda astipulari uidetur. ait enim. detrahenda, uel confirmanda opinio, si quam præcipuè domo attulisse uidebitur iudex, metus etiam nonnunquam amouendus, ut Cic. pro Milone, ne arma Pompeij disposita contra se putarent, laborauit. Idem lib. xi. cap. de pronunciatione. ubi docet quomodo proœmium hoc pro Milone pronunciandum sit. ait. Et si uereor iudices, ne turpe sit pro uiro forti dicentem timere. hoc contracta & summissa uoce dicitur, quia exordium est, & solliciti exordium. Idem Quintil. lib. VI. cap. VI. monet in interpretandis orationibus, uel agendis causis, consilio nos uti debere. Consilium est ratio quædam alte petita, & plerunque plura perpendens, & comparans, habens'que in se inuentionem, & iudicationem. Ea in ipsis actionibus primum, ac potissimum obtinet locum. nam quid dicendum, quid tacendum, quid differendum sit exigere consilij est. Laudatur cõsilium Demosthenis, quòd cum suaderet bellum Athieniensibus parum id prosperè expertis, nihil adhuc factum ratione monstrat; poterat enim emendari negligentia. at si nihil esset erratum, melioris in posterum speciei non erat ratio. Idem cum offensam uereretur, si obiurgaret populi segnitiem in asserenda libertate reip. maiorum laude uti maluit, qui rem fortissimè administrassent.

Affectio timentis, & nō timentis.	Etsi vereor. *Quatenus nō timet ὑπάρχον. Media duo.* *Quatenus timet ὑπάρχοντα duo.* *comprobat utrunque.*	*Pro tiro forti dicētem timere nō oportet. nouitas, & terror.*

1 *Ipse Milo magis de rep. solicitus, quā de se.*
2 *Non enim corona.*

F. S.	*L. T.*	*F. V.*	*F. ST.*	*N.*
αἰθυποφορά, seu ὑπόληψις. & ἀντίθεσις. Item in ea ἐπίκρισις, et διαλλαγή. seu consumatio. cum multa arg. eodē respiciunt.	*à relatis, et à causa. Aristot. lib. Rhetor. ij*	*ἐνέργεια. oculi requirunt. ἔμφασις. noui indicij, noua forma. Vt si dicas, antiquæ urbis, antiqua consuetudo. ἐνέργεια talis est apud Quintil. Quo fugerit interim dolor, ubi lacrymæ substiterint. lib. VI. cap. iij*	*noui indicij, noua forma.*	*— v ——— rum. requirunt. trochæus, cum spondæo.*

Non enim corona.

Hæc est comprobatio illius ὑπάρχοντος, de quo ante.
Nouitas.

F. S.	*L. T.*	*F. V.*	*F. ST.*	*N.*
αἰτιολογία. & ἐπίδειξις.	*à causa. quæ signum cōtinet probabile N. ibi. Nā illa præsidia etsi cōtra uim.*	*ἐπανάληψις sed modica. Non u. Non usitata*		*tres iābi. v — v — v — timere possumus*

Affectus medius inter metum, & fidentiam.

Quæ si opposita.

Probauit hactenus esse timẽdũ. nunc probat non esse timendũ.

Duo sunt ὑπάρχοντα *Põpeij* — *Iustus* / *sapiẽs*

F. S.	L. T.	F. V.	F. ST.	N.
παῤῥησία. et ἐπανόρθωσις.	*Propter duplex* ὑπάρχον *locus topicus duplex. à repugnantibus. Vel potius à cõtrario. æquitas — uis / sentẽtiæ iudicum — tela militum. Item à repugnantibus. Sapiens. Insipiens. Repugnãt hæc. sapientem esse, & concitare multitudinis temeritatem. consequens huius est. concitare temeritatem multorum.*	*metaphora. reficit. recreat.*	αἰτιῶδες τὰ *Sẽtentiæ iudicum, tela militum.*	

Affectus in dicente est confidentiæ. Quamobrem illa arma.

ὕπαρχον militum. armati.

F. S.	L. T.	F. V.	F. ST.	N.
Aßeueratio Quintil. lib. ix. cap. ij. sub finem reij cit. sed ego recipio.	*Est à consequêtibus, per enumerationem, seu partitionem. Et est locus resell. calum. apud Arist. lib. rhet. iij. num.* XVI. ὅταν πλειόνων ἕνεκα τι πράττεται. τῷ διαβάλλοντι κακουθεστέρον ἐπὶ χεῖρον ἐκλαμβάνοντι, τῷ δὲ ἀπολυομένῳ τὸ κρεῖττον. *Hoc facit Cicero.*		*& incremétium duplex.*	-v

Quia in Cicerone est affectus confidentia. Vide Aristotelem lib. Rh. ij. ubi de ipsa loquitur, & ait eße contrariam timori. τὸ θάῤῥος ἐναντίον τῷ φόβῳ ὥστε μετὰ φαντασίας ἡ ἐλπὶς τῶν σωτηρίων, ὡς ἐγγὺς ὄντων. *Et paulò post.* ἢ δύναμιν ἔχοντες ὧσι φίλοι.

Reliquum deest. haberi etenim non potuit.

Cn. Plancius



N. Plancius Plancij publicani, & equestri ordine F. Quæstor in Macedonia cum esset eo anno, quo aqua, & igni Ciceroni interdictum est à Clodio Trib. pl. & lege lata cautum, ne intra CCCC. mil. pass. consistere posset, ipsum fugientem apud se retinuit, atq; ab insidijs inimicorum protexit, collectis armatis militibus. Præter Plutar. & Cic. in hac oratione, de ea re facit mentionem etiam l.iij.epist. ad Atticū, et in oratione, qua gratias agit Senatui post reditum, his
,, uerbis. Certissimus est testis Cn. Plancius, qui custos mei capitis fuit, qui omnibus
,, prouincialibus ornamentis, commodisq; depositis, totam suam quæsturam in me su=
,, stentando, et conseruādo collocauit. Qui si mihi quæstor Imperatori fuisset, in filij
,, loco fuisset, nunc certe erit in parentis, cum fuerit quæstor non Imperij, sed doloris
,, mei. Hic triennio postquàm redierat in urbem Cicero. Coss. Appio Claudio & Domitio Aenobarbo accusatus ambitus à M. Iunetio Laterensi competitore, nobili & patricio adolescente; à Cic. defensus fuit hac oratione. Accusatus autem est ex lege Licinia, quæ erat de sodalitijs, de qua dicemus postea. nam renunciatus ædilis est Plancius, repulsam autem tulit Laterensis. Corruptas Tribus criminabatur à Plancio, id negat Cic. Status est coniecturalis; dicant alij quicquid uelint, nam status est collocandus in eo, de quo primum agitur. Oratio est quidem uaria, ac multiplex, multorumq; continet criminum refutationē; sed extra causam illa sunt, ut ipse Cic. significat. Et quidem refutationes aliæ sunt ante causæ ipsius tractationem, aliæ post magno cum iudicio à Cic. collocatæ. Ita autem Laterensis digesserat orationem totam in locos, ut Ciceroni eriperet facultatem euagandi, & ciendi misericordiam, ut ipsemet refert in hac oratione.

Venit mihi nunc in mentem, quod est non minus eleganter, quàm uerè à Platone in Gorgia dictum: oportere unumquemque eloquentia esse armatum, ut se tueri possit ab improborum maledictis, quibus sæpe uiros bonos petere solent. Quòd si quis totam uitam in contemplatione rerum cœlestium consumat, securusq; quietem, & ocium sectetur, nec forenses has disciplinas perdiscat, sæpe se irretitum sentiat inimicorum laqueis, unde se tam facilè expedire non possit. multi sunt uitæ, morumq; nostrorum maligni ueluti quidam speculatores, qui omnia in malam partem rapiunt, quæq; laudabilia sunt, probro dāt. Horum calumnijs, si dignitatem tuam tueri uelis, est respondendum. At refellendarum calumniarum artem omnes Rhetores antiqui tradiderunt. Aristoteles in primis l.iij. Rhet. nominatim locos exposuit 16. unde depromi confutationes earum possunt. Hanc ego artem tàm utilem, tàm necessariam uitæ corruptis his temporibus, ac moribus hominum, profectò efficiam, ut perdiscatis, nec posthac improborum maledicta extimescatis. Tam aptè.n. Cic. singulas crimi-

nationes ab aduersarijs, extra causam, tum contra se, tum contra Plancium allatas diluit, ut nihil maculæ resideat. Redigam ego orationem totam ad artem, singulæq; periodi, quo artificio constent demonstrabo. id ut facilius annotare possitis, non ignorare uos uelim, qua ratione uti soleo in tabulis ueluti quibusdam conficiendis, ut omnia sub oculis sint.

Primam pagellam diuidere uos uelim in cancellos, ac locos ueluti quosdam distinctos lineis, qui numero sint quinque, in hunc modum, ita ut prima uerba periodi apponantur, ut intelligi possit de cuius artificio loquamur.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.

Extra autem adnotari duo debent: Affectus; qui est in dicente Oratore, nam ex eo omnia pendent, ut dixi: & loci proprij, ex quibus tanquam ex materia conficiuntur enthymemata. Cum fuerint ita digesta, tunc licebit cognationem, quæ inter ipsa est, considerare, ut artem ad naturam redigere discatis.

Præter artem duo alia sunt, in quibus desudandum est. Antiquitatis notitia, & sermonis elegantia. Ac sanè referta est plurimarum rerum scientia oratio hæc, quæ ad leges Rom. spectant; nam de ambitu, de coitione candidatorum. de sequestribus & diuisoribus. de ædilitijs iudicibus. de tribubus, & earum nominibus. de suffragijs & punctis. de more renunciandi magistratus. de sodalitijs et lege Licinia. de comitijs, de publicanis. de equitibus. de patricijs. de magistratibus, quæstura, ædilitate, & ludis sæpe erit differendum.

Refutationes criminationum, quæ hac oratione continentur, hæ sunt, & quidem totidem ordine ac numero, uti sese habent in oratione.

De ambitu causa est: Criminationum refutationes sunt hæ.

1 *Quòd Laterensis dixerat Plancium, neque dignitate, neque uirtute, neque laude se superare.*

2 *Quod equitis Romani filius inferior se esse deberet.*

3 *Quod pater publicanus.*

Quod

4 *Quod adulter ipse Plancius.*
5 *Quòd pater obesse filio deberet.*
6 *Quod pater insolens & contumax in loquendo*
7 *Quod legem tulit de publicanis.*

Causa ipsa.

8 *Quod dixerat Laterensis, de imaginibus.*
9 *Quod fecisset coitionem: quia tulerat easdem Tribus multas cum Cn. Plancio.*
10 *Quod testes haberet multos de uoluntate Tribuum.*
11 *Quod nummi fuissent deprehensi in circo Flaminio.*
12 *Aduersus Cassium dicentem. An Cic. sibi putaret faciliorem uiam fuisse equitis Romani filio, quam esset futura filio suo, qui esset iam familia consulari.*
13 *Qvid potuerit magis assequi Plancius, si Cn. Scipionis filius fuisset.*
14 *Idem Cassius protulerat Triũphos Ti. Gracchi, et C. Marij. quid simile in Plancio*
15 *Nunquam militasse Plancium.*
16 *Non esse eloquentem Plancium.*
17 *Efferebat laudibus Laterensem.*
18 *Quod Præneste fecit ludos quæstor.*
19 *Non plus Plancio debere, quàm bonis omnibus.*
20 *Quid esset facturus Cic. pro fratre & filio.*
21 *De damnatione Opimij, & Q. Metelli, quamuis insignis uterque esset. Neque Plancium literatum.*
22 *Quod prædicaret se nimis magnum beneficium accepisse à Plancio.*
23 *Aduersus Laterensem, qui dicebat Ciceronem, cum de Cn. Plancio loqueretur, mentiri.*
24 *Quod frustra deprecatus esset pro Crissio.*
25 *Quod lachrymas Cic. effuderit in Crissiano iudicio.*
26 *Quod Racilium tutari non potuerit.*
27 *Quod nec nocentes, nec litigiosi essent, ideo ipsos non egere Cicerone.*
28 *Quod causam in locos coniecerit Laterensis, ne de thensis dicere posset Cic. misericordiæ causa, quod fecerat ante in alijs ædilitijs.*
29 *De lege ambitus à Cic. lata, ut miserabiliores epilogos facere posset.*
30 *Quod Rhodi non fuerit Laterensis.*
31 *Quod nimium multos defendit Cic.*
32 *Quod crebras de suis rebus gestis literas in prouincias misisset, illi obfuisse.*
33 *Quod non auxilium ipsi defuit, sed ipse auxilio.*
34 *Quod mortem timuerit.*
35 *Quod liberum se esse in repub. diceret.*
36 *Dum Plãcij meritũ extolleret, ipsum areã facere ex cloaca, et lapidẽ ex sepulchro.*

Ὑπάρχοντα.

Cicero.

1 *Gratus erga Plancium.*
2 *Officiosus.*
3 *Cui salus Plancij æquè cara sit, ac suamet.*
4 *Deuinctus maximo beneficio Plãcio.*
5 *Deuinctus Laterensi.*
6 *Gratus erga Laterensem.*
7 *Benemeritus de Repub.*

Laterensis.

1 *Benemeritus de Cic. eadem in re, in qua Plancius.*
2 *Iratus Plancio propter repulsam.*
3 *Iratus Cic. quòd Plancio faueret.*

Inuidi & inimici Ciceronis.

1 *Oppugnatores Plancij, quòd Ciceronem seruasset.*

Plancius.

1 *Amicus Cic. carus alijs quòd Ciceronem seruasset.*
2 *Seruator & custos Cic. in exilio.*
3 *Cuius magna merita extarẽt in Cic.*
4 *Innocens.*
5 *Probus ac modestus.*
6 *Oppugnatus ab inuidis, et inimicis Ciceronis.*
7 *Petens ædilitatem.*
8 *Reus ambitus.*

Iudices.

1 *Iusti.*
2 *Boni ciues.*
3 *Amantes Ciceronis.*
4 *Benemeriti de Cicerone.*

Boni uiri.

1 *Fautores Plancij, quòd Ciceronem seruasset.*

Tempus.

In Petitione ædilitatis.
Ante sortitionem & reiectionem Iudicum.
Post sortitionem & reiectionem Iudicum.

Exordium hoc, quo Cicero utitur, est eductum è causa, & coniunctum cum ea.

Regula.

Vt non dicas de ea re, quæ inest in causa, sed uniuersale eius rei inuenias & de eo loquaris. Arist. lib. iij. Rhetoricor. ubi de Proœmio iudiciali, τὸ μὲν οὖν ἀναγκαιότατον ἔργον τοῦ προοιμίου, καὶ ἴδιον τοῦτο, δηλῶσαι τὸ τέλος, οὗ ἕνεκα ὁ λόγος.

Γ'αξέυματα.
& ea, quæ conciliant beneuolentiam.

Ex Ciceronis persona.

Cum ait extare omnium iudicum in se merita, quibus salus ipsius cara fuerit; se.n. gratum ostendit.

Ex persona Rei.

Quòd innocentissimus.
Quòd modestissimus.
Quòd amantissimus Ciceronis.

Ex auditore.

Cum ait se refici, ac recreari conspectu, & consessu iudicum.

Ex aduersario.

Quòd sine ulla ratione susceperit accusandum Plancium. Quòd etiam in se inuectus est, non in Plancium solum.

Ex re ipsa.

Quòd se demõstraturum pollicetur summa modestia, & innocentia esse Cn. Plancium, ex quo causa tota cognoscitur.

Loci proprii ex Aristotele.

Lætitiæ.

Doloris.

Confidentiæ.

Affectus

Affectus in dicente est. ex lætitia dolor. & ex dolore confidentia.

Cum propter

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
αἰτιολογία.	*ab antecedentibus uel à causa. apud Arist. nu.* 24.	& TR.	ἀντίθεσις *ei* *mihi*	- υ - -

Cum autem audirem.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem: siue ἀνταπόδοσις	*à repugnantibus* τὰ ἀνομολογούμενα. *Arist. lib. Rhet.* 2. *nu.* 22.	προσαπόδοσις	παρομοίωσις *in principio, & in fine.* *capiebam.* *uolebam.*	υ - - -

Confidentia

confidentia.

Nunc autem uester iudices.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem, & ἐναντιολογία καὶ παῤῥησία.	*à causa nu. 24. Item à repugnantibus. nu. 22.*	Iteratio. Seu *παρωνυμία. seu ταυτολογία. Aquila nu. 16. & 17.*	*ἐπαναφορά. Aquila nu. 12.*	- ∪ ∪ ∪ - -
		conspectus. consessus.	*cui. cuius. cuius.*	
		Reficit. recreat.		
		intueor. contemplor.		

saluum uelle aliquem

propositio propter unumquodq; tale & illud magis

nolle aliquem saluum.


amare eum, per quem aliquis sit saluus.

odisse eum, per quem aliquis sit saluus.

Confidentia.] *Locus proprius.* καὶ τοὺς φίλους τῶν φίλων.

Sæpius &c.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπιτίμησις apud Lupum. lib.2.nu.19. καὶ δικαιολογία. Idem Lupus. lib.2.nu.3.	ἀ repugnantibus. nu.22. Lib.Rhet.2.Arist.	ἐπιθετασία.	αἰτίθετον admirandum quod metuendum.	- ᴗ ᴗ ᴗ - -



Confidentia.	ob beneuolentiā iudicū	autem de hac.
	ob innocentiam rei	nunc de hac. et multo maior hæc est.

Locus proprius commiserationis. lib. 2. Rhet. ὁμοίους τὰ ἤθη. nu. 3 ex mater. quos commiseramur. & 17. lib. eodem ex mat. quales sint qui commiseramur.

Quanquam mihi non

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
πρόληψις seu præmunitio. Quint. nu. 2. Et Rufinianus lib. 1. nu. 15. ἀφορισμός. ἀνθυποφορὰ καὶ ὑπόστασις. qualē interpres Demosthenis adnotat sub initiū Orationis περὶ στεφάνου.	Locus à causa nu. 24. apud Aristotelem.	προσαπόδοσις Lupus lib. 1. nu. 1. ἐπίθετα.	διάλυτον καὶ συναθροισμός.	- υ υ υ - -

Locus maioris. 15. τά τε πλείω τοῦ ἑνός.

Confidentia. Locus proprius nu. 37. ex materia iucundi apud Arist. lib. 1. καὶ ὁ φίλος. ἢ τῶν ἡδέων. Est & locus proprius ex classe bonorum, quæ controuersa sunt nu. 12. οὐ γὰρ χαλεπὸν ὁρίζεται λύπη. ἢ πλήθει χρόνου.

Equidem ad reliquos.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀγανάκτησις καὶ ἀπόδειξις.	Locus est refellend. calũ. apud Arist. li. Rhet. 3. xi. ἢ γέγονε κρίσις uel ἢ αὐτίκα ἀπαλλάττεσθαι τὰ ἀδικοῦντα.	περιγμένον. re reoq;		

Idem aff. — *Locus proprius in classe controuersorum. 23.*
καὶ ἃ μηδεὶς φαῦλος, ἐπαινετὰ γάρ.
Locus ibidem 4. καὶ ἂν μὴ ἐστὶν ὑπερβολῷ.

Quanquam iudices.

F. S.	L. T.	F, V.	F. STR.	N.
ἀπαρίθμησις *in qua est propositio dicendorum.*	*Locus refell. calumniæ apud Arist. lib. 3. Rhet. nu. 8.* ὡς οὐκ αἰσχρόν.			


Quæ uero.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀπαρίθμησις *apud Rufin. lib. 1. nu. 3. in qua est propositio dicendorũ.*	*Locus 4. ad extenuandum beneficium. lib. 2. Rhet. Arist. ubi de beneficentia, et beneficijs* καὶ περὶ ἁπάσας κατηγορίας σκεπτέον. ἢ γὰρ χάρις ἐστὶν, ἢ ὅτι τοδὶ, ἢ τόσονδε, ἢ τοιόνδε, ἢ ποτὲ. ἢ πῶς.			

Locus proprius inter bona controuersa nu. 12. τὸ χαλεπὸν τῇ λύπῃ. & 14 *Locus maioris.* τὰ πλείω τοῦ ἑνός. *li.* 1. *Rhet. Arist.*

Sed mihi in causa.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
πρόληψις. *seu præmunitio ex Quint.* & δικαιολογία. *Lupus lib.* 2. *nu.* 3. & προϋπεργασία. *Ruf. nu.* 33.	*Locus à repugnantibus.*			

contradicere.  *non contradicere.*

amare. *non amare.*

Affectus

Affectus multiplex. dolor. molestia. & metus.

Quærit.n. Laterensis.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
διαπόρησις . . apud Aquilam. nu. 9. uel ἀπορία apud Rufini. nu. 10.	Locus apud Aristot. l. 2. Rhet nu. 16. ὅτι καὶ ἐναντίον μέλλη πράττειν τοῖς πεπραγμένοις ἔστι σκοπεῖν. Hec est dilemma. Cicero complexionē uocat. lib. de inuen. 1.			

confidentia.

Sed ego cæcum, &

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ὑπόστασις ut ante & ἐπιτίμησις nu. 2. apud Rufini lib. 1.	à causa nu. 24. apud Arist.			

Refutatio primæ calumniæ. Quod Plancius non superat Laterensem genere, nobilitate, aut uirtute.

Itaque discedam ab ea contentione.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
μετάβασις. apud Lupum lib.2. nu. 1.				

Iratus erat Laterensis Plancio. Loci apud Arist lib. Rhet. 2. ubi de iranu. 13. & 15. προσήκειν οἴονται πολυωρεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἡττόνων κατὰ γένος, κατὰ δύναμιν, κατ᾽ ἀρετήν.

Quid tu

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
πύσμα *apud Aquilam n. 11.*	*Locus inter refellentes n. 12. l. 2. Rhet. Arist.* περὶ οὗ μὴ ἁπλῶς. *Nam hic debet addi aliquid. Est & ἔνστασις particularis, et uniuersalis nā eo rem reducit Cic. ut concedat contrariam esse meliorem. etsi subalternæ uerae sint tantum. Est etiam locus refellendæ calumniæ 10. l. 3. Rhet. Arist.* ἢ ἀντικαταλλάττεσθαι τὸν ἀδικοῦντα. *Refellit autem per locum à causa. sic. Populus male iudicat, quia aut inuidet, aut fauet.*			

Quanquam

Quanquam nihil potes.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀνθυποφορὰ. deinde μετάβασις apud Lupum lib. 2. nu. 1.	*Locus à consequentibus. consequentia sunt. A populo non præteriri. à iudicibus condemnari, qui præteritus non est. Hoc non sequitur illud.*			

Expende propositiones has: [*Populus semper recte iudicat.*
Populus nunquam recte iudicat.

Vtraque falsa est. nam ex materia contingenti sunt.

Populus aliquando recte iudicat. Hæc uera est.

Cicero ueriorem esse ait. *Populus nunquam recte iudicat.* *Nam interdum in materia contingenti, quæ propius accedit ad necessarium, eadem est uera.*

Vt [*Omnis mater amat liberos.*
Nulla mater amat liberos.

Nam

Nam ita si esset

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
αἰτιολογία, καὶ ἐπιτίμησις. nu. 22. apud Rufinianum.	*Locus à maiori siue à minori hoc modo.* *Si patribus & senatui olim nó est concessum, quantò minus debet concedi iudicibus.* *Sed Cic. σοφιστεύει. Nam aliud est reum damnare de ambitu, quæ potestas est iudicũ. aliud authorem fieri post comitia.* *Est et locus 18. lib. Rhet. 2. apud Arist. ἐν τῷ τὸ συμβαῖνον ἐὰν ᾖ ταυτὸ ὅτι καὶ ἐξ ὧν συμβαίνει ταυτά.*			

Confidentia. *Locus proprius confidentiæ. nu.* 4.
ἐχὼ μὲν ἐστιν κακόπτης ὦσι.

Itaque quanquam.

F. S.	I. T.	F. V.	F. STR.	N.
πρόληψις καὶ ἐπιτίμησις. apud Rufin. nu. 22. in pysmate: de quo Aquila n. 11. est etiam προϋπεργασία. nu. 33.	Locus est à consequentibus. Est locus refellcalum. apud Arist. nu. 8. ὡς οὐκ αἰσχρόν.			

Idem. *Locus proprius ex materia utilis nu. 33. καὶ ὃ κρίνειεν ἄν, ἢ κεκρίκασιν οἱ φρόνιμοι, ἢ πάντες, ἢ πολλοί, ἢ οἱ κράτιστοι.*

Vide tandem.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παῤῥησία cum asseueratione nu. 34. apud Rufin.	*ὰ definitione. Item locus amplificationis per collationē Arist. lib. 2. Rhet. Cicero sententiose loquitur hoc loco, magis quā enthymematice. Arist. l. 3. Rhet. Δεῖ καὶ μεταβάλλειν τὰ ἐνθυμήματα, καὶ γνώμας ποιεῖν ἐνίοτε. Ergo nec facit nunc Cicero quia confert ad orationem moratam.*			

Quare cum te.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
συλλογισμὸς apud Quint.	Locus refellendæ calum. apud Arist. nu. 10. ἢ αἰτίας τ' ἀλλάττεσθαι τὸν ἀδικοῦντα.			

At fueris.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Concessio apud Quintilianum προομολογία apud Lupum nu. 18 lib. I.	Idem locus 10. calum. refellendæ.			

In quo

In quo illud.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
διλήμα. apud Rufin.nu. 9.	Locus nu. 14. apud Arist. li. Rhet. 2. ὅταν περὶ δυοῖν ἀντικειμένοιν. Est & inter re=fellentes nu. 11. παρὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ πότε καὶ πῶς. Hoc est dilēma uulgo dictum. Cic. complexionem lib. de inuen. 1. cap. de confirmatione uocat.	ἀντεισαγωγή. ex Aquila nu. 13. etsi hanc inter F. S. collo=cet. Ex Cicerone exemplū est. Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, & pietatis. Tale est apud Horat. Durum, sed le=uius fit patien=tia.		

Locus. 34. honesti lib. 1. καὶ νίκη καὶ τιμή.
Et n.37. καὶ οἷς ἀκολουθεῖ τιμή. sume hos locos à contrario.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀντεισαγωγὴ apud Aquilam nu. 13.	*Locus refellēde calum. nu. 25. εἰ γέγονε κρίσις. Et locus nu. 11. ἐκ κρίσεως περὶ αὐτοῦ. Et paulo post. οἷς μὴ οἴονται ἐναντίον κρίνειν οἷοι κυρίοις. Istum locum topicum cōuestit, et ornat γνώμη. vide lib. 3. Rhet. ubi docet Arist. conuerte-*	μεταφορά.	*διάλυσις. παρεῖται. ἡμισοτὶ λύεται καὶ τίθεται.*	*υ - - - ne turbatus.*

re enthymemata in sententias, & sententias in enthymemata. Cum igitur moratè loqui uelis, magis ualent γνῶμαι, quàm enthymemata, præsertim si uir sit grauis, ut hic noster Cic. nam sententiæ alijs non conueniunt. Arist. l. 2. Rhet.

Locus proprius ibidem 29. καὶ περὶ ὧν ἀγωνιῶσι μὴ φοβούμενοι.

Honores.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐνδοξα. apud Rufin. nu. 19.	*Loc. 14. apud Arist. l. Rhet. 2 περὶ ὅταν δυοῖν αἰτησαμένοιν. Et est dilemma seu complexio.*			

Locus proprius nu. 33. ex materia iucundi li. 1. καὶ τιμὴ, καὶ ἐνδοξία τῶν ἡδίστων. itidem μᾶλλον τῶν πόρρω καὶ οἱ συνήθεις, καὶ οἱ γνώριμοι.

Venio nunc ad

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
μετάβασις apud Lupum. l. 2. nu. 1. Et est προσωποποιΐα. apud eundem lib. 2. nu. 6.				

Aristoteles l. Rhet. 3. ubi agit de seipso laudando. περὶ αὑτοῦ λέγειν periculosum est, nam dum de teipso loqueris, uel incidis in ἐπίφθονον, ἢ μακρολογίαν, ἢ ἀντιλογίαν. Quod si alterum reprehendis, uel incidis in ἀγροικίαν, ἢ λοιδορίαν. Ideo cum neutrum nobis concedatur commodè, ἕτερον χρὴ λέγοντα ποιεῖν. at hæc mutatio personarum fit uel in ueras, uel in falsas, & fictas. Si ueræ sunt personæ, sunt uel amicorum (iiq; uel sunt mortui, uel uiui.) uel cognatorũ. (ut fecit Cic. in oratione pro Cœlio, de Appio.) Vel ignotorum. Fictæ autem personæ uel per προσωποποιΐαν, ut Cic. hoc loco, uel per rationem fabularem, ut cum musas, deos, heroas, & alia loquentia facimus. Disce igitur non temere, sed certa de causa prosopopœiam fieri ab oratoribus.

Affectio. *Locus proprius idem.*

Respondebis credo.

F. S.		F. V.	F. STR.	N.
αἰτίασις. καὶ προσωποποιία obliqua.	Locus apud Arist. lib. 2. Rhetor. nu. 11. ἐκ τῆς κρίσεως. item loc. 10. refellen. calum. αἰτιᾶσθαι μὲν προσῆκει τὸν ἀδικοῦντα. καὶ λυπηρὸν, ἀλλὰ ὠφέλιμον, ἤ τι ἄλλο τοιοῦτο.			

Locus proprius ex materiæ utili nu. 33. καὶ ὃ κρίνουσιν αὐ, ἢ κεκρίκασι. lib. Rhet. I.

M. Seium.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Prosopopœia obliqua.	Locus 10. apud Arist. ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. à minori à Locus nu. 20. refell. calumniæ εἰ παραλαμβάνονται οὓς ὁμολογοῦσι μὴ ἐνόχους εἶναι διαβολῇ. Sic & Q. Catulus, et M. Piso prætereiti in suffragatione fuerunt, quòd populo supplicare noluerunt.		ἀσύνδετον. παροιμιώδως. nobilissimus, eloquentissimus. sunt & αἰτίασις.	- - v -

Locus proprius ex materia iucundi lib. Rhet. I. apud Aristotelem nu. 33. μᾶλλον τῶν πόῤῥω καὶ οἱ συνήθεις καὶ γνώριμοι.

Desiderarunt te inquit oculi mei.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Prosopopœia recta non amplius obliqua.	*Locus à causa.* *Locus refellendæ calum. nu. 4.* αἰ τιπαρῆλθα μάτ τοῦτο οὐχ ἕνεκα *Sic præterij quidē. Sed non quòd indiginū putarim. uerū quia tu non supplicasti, neque adfuisti.* *Vel locus est ὡς οὐκ ἄδικον.* *Sic præteriti quidem, sed non*			

feci tibi iniuriam, quia tu non supplicasti, neque adsfuisti.

Locus proprius idem.

Deinde sitientem.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Prosopopœia ut ante.	*Locus à causa.* *Locus refellendæ calumniæ. ut antea.* *Vel est locus nu. 6.* ὡς οὐκ ἄδικον.			

Locus proprius apud Arist. l. Rhet. 2. nu. 13. amoris. eos enim amamus, οἷς βουλόμεθα εἶναι φίλοι, ἐὰν φαίνωνται βουλόμενοι. εἰσὶ καὶ τοιοῦτοι, οἱ ἀγαθοὶ κατ' ἀρετήν, καὶ οἱ ἐνδόκιμοι ἐν πᾶσι. Vide reliqua.

Quam petitionem.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Prosopopoeia ut ante.	*Locus nu. 14. apud Arist qui est dilemma. Et est locus refell. calum. ut ante. nu 6. Dilēma tale est. Tu neglexisti petitionem Tribunatus, aut quia*			

nolebas, aut quia non poteras. Si non poteras, dubitaui de tua uirtute. Si nolebas, dubitaui de tua uoluntate.

Locus proprius nu. 24. amoris: καὶ τοὺς πρὸς αὐτοὺς σπουδαίως πως ἔχοντας, οἷον θαυμάζοντας αὐτοὺς, καὶ χαίροντας αὐτοῖς.

Pete igitur cum magistratum.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
περιτροπὴ. *nu 19. apud Rufi. l. 1.* ἐπιτίμησις *apud eundem. l. 1. nu. 22.*	*Locus est refell. calum. nu. 24.* ἐκ τοῦ ἀντιδιαβάλλειν τὸν διαβάλλοντα. *Tu me criminaris, quòd tibi magistratus nō mandaui. at tu criminandus es, qui mihi supplicare non uis.*			

Hæc

Hæc est populi oratio.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπιτίμησις. apud Rufin. l.2. nu. 22.	Locus inter elenches nu. 10. παρὰ τὸ ἀναίτιον ὡς αἴτιον. Querebatur Laterensis. Cicero refellit ἐκ τῶν ἀνομολογουμένων qui locus est apud Arist. nu. 22.			

Locus refell. calumniæ: nu. 30. ἐπειδὴ τὸ αὐτὸ ἐνδέχεται πλειόνων ἕνεκα.

Indignatio. — *Locus proprius ex materie utilis apud Arist. l.1. Rhet. nu. 17.* καὶ τὰ ἁρμόττοντα αὐτοῖς.
Vel ex materia utilioris nu. 4. καὶ ὁ πατὴρ αἱροῦνται.

ut qui
Sunt professi


F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Concessio apud Quintilianum, et ἀντεισαγωγὴ apud Aquilam nu. 13.	Locus 20. apud Arist. σκοπεῖν τὰ προτρέποντα. Vel locus 13. apud eundem. à consequentibus bonis, vel malis. nullæ contentiones. nulla libertas. nulla expectatio suffragiorum.		ἐπαναλήψεις καὶ διάλυτα.	

Indignatio. *Locus proprius idem.*

Sin hoc persæpe.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπιτίμησις *apud Rufini. lib. 1. nu. 22.*	*Locus à repugnantibus* ἐκ τῶν ἀνομολογουμένων. *apud Arist. lib. Rhet. 2. nu. 22.* ἔτι ἀνομολογουμένων ἐκ τῶν χρόνων, ἢ πράξεων. *Vel est locus sumptus à contrario. Consilium, & temeritas.*	Μεταφορά, καὶ ἐνέργεια.		

temeritas. *prudentia seu consilium.*




factum sine ratione. *factum cum ratione.*

Affectus

Affectus idem. Locus proprius idem.

Quare noli.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀπόδειξις, καὶ ἐπιτίμησις.	*Locus idem à repugnātibus.*			



Affectus

Affectus idem.

Hic quàm ille.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀντίθεσις καὶ διαλογισμός. Rufin. lib. 1. num. 21.	Locus refell. calum. nu. 10. ἐκ τῶν αἰτιῶν πραγμάτων. Si non debuit, at uoluit. Locus topicus idem.			

Refutatio secundæ criminationis.
Quòd Plancius equitis Romani filius inferior esse debuit Laterensi qui est familia consulari ortus.

Quid si populi.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
μετρίωσις apud Quintilianum. est et πύσμα, in quo est propositio secundæ refutationis criminum.	Locus refell. calum. nu. 10. ἐκ τῶν λαμβανόντων. L. Top. à causa.			

Locus

Locus proprius ex materia iucundi lia. 1. Rhetoric. nu. 20.
καὶ τὸ νικᾷν ἡδὺ οὐ μόνον τοῖς φιλονίκοις ἀλλὰ, πᾶσι.

Sed tamen hæc
tibi sed.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Concessio apud Quintilianum. Siue προομολογία Rutilius l. 1. nu. 18. quā idem Quintil. cōfessionem uocat.	*Locus refell. calumniæ nu. 2. ἄς οὐ βλαβερόν.*			

Locus ex materia iucundi. nu. 53. l. Rhet. 1. Arist.
καὶ ἀεὶ τὸν ὅμοιον, καὶ ἐγνώκει θὴρ θῆρα, καὶ ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιόν.

sic.n.conferamus.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Subiectio apud Quintilianum.	*Locus 7. inter elenchos. n. 10. inter refellētes. ἀναίτιον ὡς αἴτιον. Est & locus refellendæ calū. nu. 10. ἐκ τοῦ αἰτιᾶσθαι μᾶλλον ποιεῖσθαι τὸν ἀδικοῦντα.*			

Locus proprius ex materia iucundi nu. 44. καὶ σπαίιοι τ διὰ χρόνου.

Tu ex municipio Tusculano.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
σύγκρισις & πύσματα duo. nu. 38. apud Rufinianum.				

Locus proprius idem.

Alteri.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem σύγκρισις apud Rufinianum nu. 38. siue αἰτὶ πάρασφαλῆ. Arist. lib. Rhet. 3. sub finem.	Locus ἐκ τῶν κεκριμένων. Arist. l. Rhet. 2. nu. 11.			

Alteros

Alteros.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
σύγκρισις eadem.	Locus à causa nu. 24. est & Locus refellēdæ calūniæ παλδό=νων ἕνεκα. qui locus confirma=tur ἐκ τῆς ἐπα=γωγῆς nu. 10. apud Arist. lib. Rhet. 2. Vel est locus nu 9. à diuersa causa.			

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	Locus à causa nu. 24. qui lo-cus probatur à contrario.			

Locus proprius 8. inter bona, quae dicuntur ὁμολογούμενα. l. 1. Rhe. itidem l. 1. eodem inter partes felicitatis 12. et 13. πολυφιλία, καὶ χρηστοφιλία. ᾧ δὴ πολλοὶ φίλοι, πολύφιλος, ᾧ δ' ἐπιεικεῖς ἄνδρες, χρηστόφιλος.

Hi tot equites Romani?

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*Idem, et probatur ἀπὸ τῶν σημείων, quae praecesserint.*			

Locus proprius 6. ex materie aff. beneuolentiae li. II. Rh. καὶ φίλους τῶν φίλων, καὶ φιλοῦντας οὓς αὐτοὶ φιλοῦσι.

Iam municipia.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Asseueratio ex Quint.	*à causa.*		*ἐπαναφορά.* *nemo.* *nemo.* *non. non* *non. non.*	-u -u

Locus

Locus proprius affe. beneuol. l. 2. Rh. τὸν συνηδόμενον τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ συναλγοῦντα τοῖς λυπηροῖς μὴ διά τι ἕτερον ἢ δι᾽ ἐκεῖνον.

ijsdemq;.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	παρὰ τὸ ἑπόμενον. *inter elenchos* 8.			- ∪ ∪ - -

Locus proprius.

Ergo ut alia.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
συλλογισμὸς, *de quo Quint.* & σύγκρισις, *de qua Rufinianus.*	*à causa.*			

Locus proprius ex 12. parte felicitatis l.1. Rhet. è contrario sumptus. πολυφιλία.

Nisi forte te.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀντίθεσις & Ironia.	*à causa ὅτι μὴ ὑπάρχει.*			

Tertia Refutatio.

Quòd Plancij pater esset publicanus. ob hoc ipsum ego hic statuo 3. Refutationem. Vel si non placet, dic ista omnia pertinere adhuc ad secundam, & esse σύγκρισιν, quam ante tractare cæperat.

aff. indign. *Locus proprius.*

Adiungam si uis.

F. S.	L. T	F. V.	F. STR.	N.
	à causa, & quidem multiplici. Locus refell. cal. 8. ὡς οὐκ αἰσχρὸν. uel 3. ὡς οὐ βλαβερὸν.			

Affectus

Affectus idem. *Locus proprius.* αὖ μὴν *ex materie amoris.* καὶ τοὺς ὁμοίους, τῶν ἐνοχλῶσι. *l.* 2. Rhet. *nu.* 16.

lata municipia.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀντίθεσις & ἐπίκρισις.	ἐκ κρίσεως περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἢ ὁμοίου. *paulò post* εἰ αὐτοὶ οἱ κρίνοντες. *Arist. l.* 2. Rh. *nu.* 21. *item locus à causa.*			

Affectus idem. *Locus proprius ex materie honesti lib.* 1. Rh. *Arist. num* 1. ἀγαθὸν γὰρ ὃ ἐπαινετόν ἐστι. *item locus ex materie amoris l.* 3. Rh. *nu.* 36. καὶ τοὺς μὴ πλαττομένους.

Laudanda est.

F. V.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίκρισις.	*à causa.*		ἐπαναφορά.	υ υ υ -

aff.

Aff. idem. *Locus proprius. καὶ τῶν σφόδρα φιλοφίλων ex materie amoris nu. 34.*

Nemo Arpinàs.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀπροδιώξις Rufin. l. 1. nu. 13. cum asseueratione.	*à causa nu. 24. apud Arist. αὐτῷ ὑπάρχει ὅτι ἐστί.*		*ὑποταφορὰ & ἀνομοίωσις. Lupus l. 2. nu. 2. iisdem ἀσύνδετα ἀνομοίωσις hæc est. aspera, & montuosa. at fidelis, & simplex.*	- υ - - -

Idem aff. *Locus proprius ex materiæ honesti Arist. l. 1. Rh. num. 24. καὶ ὅσα ἔργα τῶν ἀνδρεῖων.*

ijſdemq; nunc.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*apud Arist. li. Rhet. 2. 24. à causa. αὐτῶν αἴτιον οὐδέν ἐστι.*		*ἀντίθετον. non minore nunc sunt solicitudine, quàm tùm erant studio. itidé spoliari nõ augeri vide præter Quintilianum. etiam Lupum l. 2. num. 17.*	- - υ - υ

Locus

Locus proprius idem.

Ergo ut alia.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.				-υυ
et ὑβουθυνισμὸς *Rufi.l.1.nu.7.*	*idem.*			-υ-
nisi forte te Lauicana. cum Ironia.	*Locus refellendæ calum. 30.* πλδόνων ἵνεκα πεχχῆναι.			

Refutatio tertiæ criminationis.

Quòd pater ipsius Plancij esset publicanus.

Affectus idem. *Locus proprius ex mat. confidentiæ nu.7.*

. ἰσαι δύναμιν ἔχοντες ὥσι φίλοι.

Adiungam suis.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀφελωξις. *Rufin.2.1.nu.13. uel* πεσκατάληψις. *Rufin. idem nu.40.*	*à causa.* *Locus refell. calum. l.3. Rhet. Arist.nu.3* ὡς ὁ βλαβερὸν. *itidem. 8.* ὡς			-υ -υ

οὐκ αἰσχρόν. *Vtitur Cic.* ἐνστάσει *utraque. cum uniuersali, tùm particulari ad refellendam criminationem hanc. Sic. populus odit omnes publicanos. Vn. populus amat omnes publicanos. par. non omnes odit, non patrem Plancij.*

Neque

Neque iniuria. Loci proprij multi sunt, ex mat. amoris. 24. καὶ σπουδαίως ἔχοντας πρὸς αὐτοὺς. 2. καὶ εἰς τοὺς ἀγαθὰ καὶ κακά. et 4. καὶ τοὺς πεπονηκότας ἐν φιλοῖσι paulo post, εἰ μεγάλα.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίκρισις & ἀπόδειξις.	à causa & quidem multiplici. nam 6. causas enumerat.			

Affectus idem. Locus proprius amoris l.2. Rhet. nu 36. καὶ τοὺς μὴ ἐπλαττομένους πρὸς αὐτούς. τοῖς καὶ λέγοντας τὰ ἑαυτῶν φαῦλα. Vide.

F. V.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀπόδειξις & προκατάληψις. Rufin. l.2 nu. 41. Aquila l. 1. num. 1 uocat προδιόρθωσιν. Vide Quintil. qui appellat præmunitionem.	à causa.		αἰτίαθεν & διάλυτα.	-- -υυ

Affectus

Affectus idem. *Locus proprius ex materie eadem nu. 24.* καὶ τοὺς πρὸς αὐτοὺς σπουδαίως ἔχοντας, οἷον θαυμάζοντας αὐτοὺς, καὶ χαίροντας αὐτοῖς.
itidem locus 7. καὶ τοὺς φιλουμένους ὑπὸ τῶν φιλουμένων.

Hæc si uir ampliss.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀνασκευὴ apud Rufinianum. nu. 44.	*à causa.*			- ∪ ∪ - -

Affectus idem. *Locus proprius idem.*

Non potentia mea.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀνασκευὴ ut ante.	*à causa.* *Locus refellendæ calumniæ.* 30.		ἐπαναφορά.	

Affectus idem. Locus proprius idem.

Eenm si.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀπολογία, & πύσμα.	*à maiori.*		*ἀντίθετον. nomen meum. præsentis preces.*	– υ – υ

dem aff. *Locus proprius idem. Itidem locus 25. ex materie honesti. l. 1. Rhe. καὶ ὅσα ἐν πραγμάτων ... ἄλλοις. Vide etiam locum 26. & 27.*

An Minturnenses.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
πύσμα. & ἀνασκευή.	*à pari.*		*προσομοίωσις apte posita. διάλυσις. ἐπαναφορά.*	υ – – υ

Affectus idem. *Locus proprius ex materia honesti l. 1. Rh. nu. 51.* καὶ ὅ τα κατὰ τὸ πρέπον. *vide reliqua.* ἐνδοξότερον γὰρ καὶ καλὸν τὸ πρότερον κτᾶσθαι πολλῶν. *Sic plancius honori parto alios deinceps multos, & maiores semper addidit.*

Vitia mehercle.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Iusiurandum. Vide Quintilanum. & κίασκευὴ.	*12 l. 2. Rhet. Arist.* ἐκ κρίσεως. *paulò post* ἢ πλείστοι, ἢ ἄριστοι. *paulò post.* ἢ οἱ ἄρχοντες, οἱ κρίνοντες.	ἐπίθετα *quae laudem continent eorū quorum* κρίσις *profertur.*		-∪∪∪ - - *esse uideantur.*

Affectus idem. *Locus proprius idem,*

Fuit in creta.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
κίασκευὴ. et θαυμασμὸς *ex Demetrio Phalereo. quae uirtute? qua constantia, uir? qui homo? qui ciuis?*	*idem.*	ἐπὶ θετῶν *crebr. ut ante.*		∪---

Aff. idem. — *Locus proprius idem.*

In Macedonia.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	*idem.*		*διάλυσις huic affidunt. pro hoc laborant huic si.*	-- υ-

Affectus idem. *Locus proprius. καὶ τὰ παρ᾽ ἑκάστοις ἴδια. num.* 40. *ex materie honesti. Sic. honorificum apud Ro. quæstori si loco parentis habuerit suum prætorem.*

L. uero Apuleius.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem.	Idem.			-υυυ --

aff.

Aff. idem. *Locus proprius. nu. 43. ex materie honesti.* λυπεῖν δὲ καὶ τὰ συνειδότι ὑπάρχουσι.

Tribunus plebis.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
καὶ ἀντιφορὰ num. 42. apud Rufinianum.	*idem.*		*περιαπόδοσις. cum in eandem dictionem desinit periodus, à qua incipit. Aquila lib. 2. num. 11.*	
	locus cal. refell. ὡς ὁ πηλικοῦτον.		*Vel ἀναστροφή. num. 13. apud eundem.*	

Locus proprius. καὶ περὶ τοὺς εὖ ποιήσαντας δίκαιον γὰρ *ex materie honesti. l. 1. Rhe. num. 26.*

Omitto illa.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
παράλειψις. Vide Aquilam. num 7. *et* παύσματα *apud eundem. num. 11.*	*nu. 24. l. 2. Rh.* τοῖς διαβεβλημένοις. *namin hunc locum cadunt omnia enthymemata ducta ab actionibus, quæ sunt ut signa et pertinent ad laudandum, et vituperandum.*			∪ ∪ – – –

Idem

Idem aff & do- Locus proprius ex materie amoris nu. 1; l. 2. Rhet. Arist. lor praeterea. αἰάγνη φιλεῖν εἶναι τὴν συνηδόμενον τοῖς ἀγαθοῖς. καὶ συναλγοῦντα τοῖς λυπηροῖς etc.

Quid de me dicam?

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
πύσματα. quid de me dicam? quid de his tot? sunt subiectio. ut apud Quint. nam sequitur. Atqui haec.	idem. Locus cal. r f. τὸ τὰ σύμβονα λέγειν.		αἰτιολογία. fucata forensi specie sed inu dom. fucis ueri tatis ueris.	-υ-υ -υ

Idem aff. Locus proprius. πολυφιλία l. 1. Rhet. nu 8. inter ὁμολογούμενα bona. ibidem nu. 1. καὶ τοῖς ἀρετοῖς. Vide. item locus ex materie maioris l eri nu. 1. τά τε πλείω τοῦ ἑνὸς. vide. nu. 23. ibidem καὶ ἀρετὴ μὴ ἀρετῆς.

Facilis est illa.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
αἰτιοφορά. et α oc 6ὐ fo stremò et pysma satis uehemens. quod continet conclusionem 3. refutationis.	à causa. Locus refell. cal. πλειόνων ἑνὸς. 30.		διάλυσις. in enumerando, ut plura esse uideantur. & αἰτιολογία pulcherrima. aspicitur, nō attrectatur. procul apparet. non excutitur, non in manus sumitur.	-υ- -υ-

affectus

Affectus. Ira uel indignatio. *Locus proprius ex mat. amoris è contrario sumptus.n.22. καὶ σὺ μὴν κακολόγησ. Vide reliqua.*

Hunc tu uitæ splendore.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπιτίμησις. Rufinianum. nu. 22.	*à repugnantibus, item locus refellendæ cal. 2. ὡς οὐκ ἔστι. item 8. ὡς οὐκ χ.ρον. Sed prius utitur octauo loco. postea secundo. sic n. maior est uis in refellendo.*	μεταφορά. *uitæ splendor. aspergere maculis.*		- - - u - u

maledicere. — *non maledicere.*

improbis. — *probis.*

Idem aff. *Locus proprius ex materie amoris nu. 19.* καὶ τοὺς καθαρείους. *item locus proprius ex materie honesti. nu. 9.* σωφροσύνη δὲ ἐστιν ἀρετὴ δι᾽ ἣν πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῦ σώματος οὕτως ἔχουσιν ὡς ὁ νόμος κελεύει.

O adolescentiam traductam.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπιφώνημα.			προσωπίωσις.	-uuu
præter Quint.			*obijciatur.*	--
& Rufinianus.			*reperiatur.*	
nu. 30.				

Idem aff. *Locus proprius. idem.* καὶ τοὺς καθαρείους ὅλον τὸν βίον. *& ibidem locus 11.* καὶ τοὺς σώφρονας ὅτι οὐκ ἀδικεῖ.

Emissus aliquis.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Concessio.	*à causa diuersa.*			
Vide Quintil.	*Locus refell.*			
& ἀνασκευήν.	*calumniæ.*			
	num.			
	ὡς οὐκ ἀδικεῖ.			
	num. 6.			

Quinta Refututio criminationis illatæ Plancio.

„ *Patrem obesse filio debere.*

Aff. ira siue indignatio. *Locus proprius commiserationis l. 2. ex materie. quos commiseramur.*

Locus proprius. ἐλεοῦσι τοὺς γνωρίμους ἐὰν μὴ σφόδρα ἐγγὺς ὦσιν οἰκειότητι. *Vide reliqua.*

Pater uerò, inquit.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Ethologia.	*inter apparen-*	*Epitheta crebra.*	ἐπαναφορὰ.	
Greuis tamen.	*tia enthy.* ἀναί-	*quæ irato con-*	*maximè conue-*	
Lupus nu. 20.	τιον ὡς αἴτιον.	*ueniunt.*	*niens irato.*	
et l. 1. Epipho-	*Locus refellēdæ*		*pater.*	
nema cum Epi-	*calum. 9.*		*pater.*	
timesi uehemēti.	*locus amplifica*		*pater.*	
	tionis per ratio			
	naticionem.			
	Vide Quint. ut			
	pater filio apud			
	tales uiros obsit			
	aduersarius uti			
	batur enthym.			
	apparēti. ut an			
	te dixi. refellit			
	Cic. à contrarijs.			
	Sic.			

Propter malefacta sua condemnari. — *Propter malefacta alterius non condemnari.*

Propter malefacta præmio affici. — *Propter benefacta alterius non præmio affici.*

Affectus. *Ira* *Locus proprius.* 13. *ex materie indignationis. l. 2. Rh. Arist.*
ἐὰν ἀγαθὸς ὢν μὴ τοῦ ἁρμόττοντος τυγχάνει, νεμεσητόν.

Sed cum sit.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀνασκευή. & ἐπίπληξις. Rufin. nu. 22.	*à minori. alienum tueri possit; filium suum non possit? à repugnantibus. Loci amplificationis per ratiocinationē multi non magni esse authoritate.*	*ἐπίθετα accómodata laudationi.*	*ἀσύνδετα accómedata plurimarum rerum coacervationi.*	- ∪ - - -

Magna esse authoritate.



Non magna esse authoritate.

Alienos & suos tueri.

Neque alienos, neque suos. uel alienos, non etiā suos tueri.

Sexta refutatio criminis.
Plancius est asperius aliquando locutus.
Idem affectus. Locus proprius ex materie amoris nu. 16.
καὶ μὴ φιλόνεικοι, μηδὲ δυσείδεις.

Asperius inquit.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Subiectio Vide Quintil. & dialogismus Rufin. nu. 21. & acerrima ἐπίπληξις per uerbum. Ergo prelata. in qua indignatio inest.	*à diuersa causa. Locus refell. calum. 14. τὸ αἴτιον πρὸ τοῦ αἰτιατοῦ ἕνεκα. Aspere locutus est, ergo puniendus. Libere locutus est, ergo laudandus.*	*πεπεγμένον. Ferendi. ferendum. ferre.*		

Non hæc protulit, ut aspere loqueretur, et aliquem læderet. sed ut more maiorum in rep. libere loqueretur.

Idem affectus. Locus proprius ex materie amoris 36.
καὶ σοὺς μὴ πλατυρίμενος.

Vbi nam ille mos.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίπληξις & prisma.	*à causa. à libertate et ab æquitate iuris talis sermo prouenit, non ab asperitate. Locus cal. refel. ut ante.*	*μεταφορὰ & ἐνδιάγεια conueniens Irato.*		v - - v

Idem af. *Locus proprius ex eadem materie nu.* 14. καὶ τῶν ἰδέας συνδιαδαγεῖν καὶ συνδημερεῦσαι.

Equitum ego.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίκρισις. *& pysma.*	*à pari.* *Publicanorũ in Scæuolã. itidẽ à maiori. Granij præconis in consulem. eiusdem in Trib. pl.* ἐκ τῆς ἐπανωγῆς *apud Arist. l. 2. nu.*	ἔμφασις. *Ego conueniens probatione & testimonio.*	διάλυτον *conueniens laudatione.*	

Idem affectus, *Locus proprius idem.*

Ille L. Crassi, ille.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
eadem. Prior scilicet. & ἐπίπλεξις *ex Rufin. 22. Nunc usque eò oppressa uestra arrogantia ciuitas est.*	*Altera pars* ἐπανωγῆς. *Sed non à pari progrediẽs, uerum.*	ἔμφασις.		

Idem

Idem aff. *Locus 13. ex materie indignationis.* ἐὰν ἀγαθὸς ὢν μὴ τοῦ ἁρμόττοντος τυγχάνῃ.

Quæ enim fuit unquam:

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀπολογία, *& ſyſma.*	*à cauſa.* *Locus refellẽdæ calum. 30.* πλειόνων ἕνεκα. *non cõtumeliæ, ſed doloris.*			- υ - υ

Affectus idem. *Locus proprius ex mat. Qui indignentur. l.2. apud Ariſt. nu.2.* ἀγαθοὶ ὄντες τὰ ἄδικα μισοῦσι.

Omnibus illa.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀνασκευὴ *de qua ante ex Rufin.*	*à cauſa.* *Locus cal. refell. 30.* εἰ ἐμπειλαμβάνονται, οὓς ὁμολογοῦσι μὴ ἐνόχους εἶναι.			υ - - -

Aff.

Affe. idem.

Quanquam iudices.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀπόδειξις.	*ἀναίτιον ὡς αἴτιον.*			- - - v
	Vide Arist. lib. 2. Rhet.			- v
	Locus refel. cal. ὡς οὐκ ἔστι. nu. 2.			

Idem aff. *Septima refutatio crimin.*

Quòd primus legem sciuit de publicanis.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀνασκευὴ.				- v
& ἀπόδειξις.	*dilemmata.*			- -
cum pysmate.				
	Locus refell. calum. εἰ ἐμποδὼν λαμ-βάνονται. nu. 20.			

Hactenus refutauit Cicero criminationes septem ante tractationem causæ; nunc aggreditur ad ipsam causam. Cuius est status ille, quem ante pretulimus, cum argumentum in orationis totius explicaremus.

Aff.

Affectus idem. *Locus proprius. nu. 9. ex materie bonorum controuersorum apud Arist. l. 1. Rhet.*

Sed aliquando ueniamus.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Transitio, de qua ante.	ἐκ τῆς κρίσεως. Arist. l. 2. Rh.			- ∪ - -

Aff. idem. *Locus proprius idem.*

Quid? huius rei.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
Tysmata. & ἐπίκρισις.	*idem.* *Nam ait Senatum ita decreuisse.*			- ∪ - -

Affectus

Affectus idem. *Locus proprius idem.*

Ita putauit Senatus.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἐπίκρισις. πύσμα. & Ironia.	ἐκ κρίσεως ut ante. Locus refel. cal. πλθόνων ἕνεκα. ut ante. Sic. improbi homines cum dicũt, se corruptos, fortasse id dicunt, quia pecunia non est data; et mentiuntur.			-υυυ -- esse noluisti.

Aff. idem. *Locus proprius idem.*

Dubitatis.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
ἀπορδίωξις & subiectio.	ἐκ κρίσεως. Idem qui antè. Locus refell. cal. idem.			--υ -υ

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS.

DISPVTATIONES DVAE.

Qualis sit poeticus sermo, & quid ab eo differat oratorius.

vel

DE SERMONE POETICO.



ICENDVM *nunc est de sermone poetico, qualis sit; et quantum à populari, & oratorio distet. His.n.cognitis, erit facilius, tū qua ratione confici debeat sermo poeticus cognoscere, tùm oratorium ab eo secernere; quod est in primis nobis propositum; id quia multi facere nesciuerunt, prauum dicendi genus secuti sunt; Perquiram igitur, quod propositum est, & hoc primum iaciam disputationis nostræ fundamentum; politicum sermonem antiquiorem esse oratorio, quod & Arist.lib.Rhet.3.in proœmio docet apertè. Strabo quoque lib. 1. Geo. hoc argumento probat; quòd cùm nemo sibi honorificum putaret, ut uulgus hominum loqui, & hoc sermonis genus longius ab usu populari recedat, ipsum fuisse primò excogitatum; sed ratio Arist. solidior est, & uerior, quæ ex eo, quod poetis propositum est, scribendo actiones hominum imitari, & quia uocabula, siue dictiones, quibus scriptio omnis constat, sunt quædam ueluti rerum simulacra, quorum tamen alterum magis, quàm alterum rem ipsam exprimit, & imitatur, ostendit poetas primos extitisse, qui studium, operamq; in seligendis uerbis ponerent, proinde priorem Oratoria dictionem poeticam extitisse, à quo non admodum dissentit Cic. in eo libro, qui inscribitur Orator; Sed quando id satis probatum est, ad alia progredior, & primum ostendo sermonem poeticum inter se itidem uarium esse. Nam ut uarij extitere poetæ, ita poetici sermonis genera diuersa extitisse iudicandum est, quid n.aliud diuersos faceret inter se poetas, si hoc non faceret? quare argumentum firmissimū hoc esse opinor.*

Tot sunt poëtici sermonis genera, quot poëtarum. At plura tum ab alijs, tum à Cic. in lib. de optimo genere Orat. enumerantur poëtarum genera, plura igitur censenda sunt poëtici esse sermonis genera. Atque huius quidem sermonis differentiam non aliunde enasci putauerim, quàm ex subiectis rebus, & poëtæ ad imitandum susceptis. Nam cum eæ aut humiles sint, aut magnæ, aut seriæ, aut iocosæ, talem existere necesse est, & rebus ipsis, quàm simillimũ poëtarũ sermonem, de quibus instituitur. Et quidem duas idcirco inquit in poëtice Arist. perspici posse in Homero personas, seu naturas, grauem nimirum, & leuem, nam Iliadem, & odyss. magna, mehercule grauitate; Margiten uerò longè diuerso ingenio scripsit. Est autem et aliud in causa præter id, quòd res diuersas tractant, quamobrem multum inter se discrepãs reperitur poëtarum sermo. Nam cum tria sint; ut sub initium suæ poëtices Arist. docuit, quibus omnis poëtica imitatio conficitur, sermo, rhythmus, et harmonia, hinc differentiæ inter ipsas enascuntur, non solùm, quòd in alio plus Rhythmi cernitur, in alio minus, in hoc plus sermonis, in hoc minus, uel in hoc plus harmoniæ, in hoc uerò minus, sed quòd alius imitationem his tribus coniunctam exercet, numero inquam, sermone, et harmonia. Alius his separatim utitur, alius promiscuè, ut est apud Arist. in libro de arte poëtica non longè ab initio. Nam qui res quotidianas & humiles tractat, eum plus sermonis adhibere necesse est, et sermone præterea humili, ac quotidiano uti, ne sermo propositarum rerum naturã uideatur excedere; idem in reliquis ex rerum subiectarum ratione obseruandum est. Atque hæc quidem sunt, undè omnis poëtici sermonis inter se dissimilitudo enascitur. Cæterùm regula constituatur ea certissima. non aliundè commodius cerni posse, & rectius, poëticus sermo quatenus distet ab oratorio (id. n. nobis secundo loco propositum fuerat ad explicandum) quàm si Oratorium ante dijudices, in quo alia, et facilior præterea nobis ratio aperietur indagandæ differentiæ, quam habet inter se poëticus sermo. Nam quò magis quidem, quo uè minus is ab Oratorio recedet, tantundem etiam inter se differet, ita inquam, ut quoniam aliud poëtici sermonis genus propius ab Oratorio distet, aliud uerò longius, longissime aliud, totidem constituantur poëtici huius sermonis genera, quot reperiuntur in eo ab Oratorio dissimilitudinis, & distantiæ gradus. Hanc ipse regulam excogitaui, Arist. I. Eth. lib. imitatus. Vbi unam quidem statuit esse Virtutem, quæ in mediocritate cõsistit, uitia autem, siue extrema plura, constituit enim primùm τὸ ἓν, idest Virtutem, ex quo postea uitiorũ plura ea genera ratione conquirit, ac demõstrat, quòd alia propius, longius

alia

alia ἀπὸ τοῦ ἐν discedant, adeò ut hic magis timidus, minus timidus, magis auarus minus auarus sit. Simul igitur quando coniuncta maximè sunt docebimus, & qualis poëticus sermo sit, & quomodo inter se, & ab oratorio distet. Iam uerò repetendum est id nunc, quod etiā initio diximus, cum circa quod Poëta, aut Orator uersatur, aut uerba sint, aut res, id nos, quod modò quærimus, non nisi per hæc ipsa commodè inuenire posse. Describendus est itaque nobis primùm Oratorius, & popularis sermo ex subiecta sibi materia, ut hinc etiam alterum genus quale sit cognoscamus. Esto igitur Oratorius & popularis sermo is, qui peruulgatis uocibus constat, & quotidianis, quibus inter nos colloqui solemus, estq́; , ut Quintil. ait, instar numi, quo utimur. Quo posito haud difficile erit uidere, quot modis poëtarum sermo ab Oratorio distet, qua quidem in re tres ego constituo gradus. Primum eius generis quod propius dico ab oratorio, & populari discedere, alterum constituo ex illo, quod longius mihi uidetur ab eodem ipso distare. tertium ex illo, quod longissime ab eodem recedit. Est enim propius ab Oratorio distans primum illud poëtici sermonis genus, aut propter numerorum tantùm & pedum adiunctionem, aut propter diuersum aliquem uerborum usum. Nimirum Comici & Tragici hoc utuntur, ab Oratoribus.n.discrepant, quòd pedibus ipsi, & metris uersum illigant pedibus inquā similibus solutæ orationi, cum parua præterea uerborū immutatione. Sciendum uerò, quamuis uterque poëta & Comicus, & Tragicus iambis utatur, diuersos tamen, alijs interpositis pedibus facere uersus, & ideo inter se differre, & comicum propius abesse à populari & oratorio loquendi genere, quàm Tragicus. de eo autem loquor sermone tragico, quo inter se personæ colloquuntur, nam chori sermo grandior est, quia concini solebat (de eo non loquor) & collocari in tertio genere debet, de quo mox dicendum est. Efficitur autem ab Oratorio longius discrepans alterum illud poëtici sermonis genus duplici modo, uel quia numeros adhibet magis grandes, quàm primum, de quo diximus, & magis sonoros, quàm ut similitudinem aliquam exprimant Oratorij sermonis, uel propter uerborum, & formularum loquendi penè omnium immutationem, ut Heroicum genus, quod eiusmodi est, ut nullum ferè in eo popularem loquendi modum agnoscas, nec quem possit hic noster quotidianus sermo ferre. Tertium uerò illud sermonis genus pöetarum est, quod quàm longissime ab Oratorio, & populari distat, tùm propter numeros, tum propter uerba omnia immutata, tum etiam propter rerum immutationem. Collige igitur, ac uide duas te iam habere notas, quibus primum illud poetici sermonis genus ab

Oratorio distinguas. unam, quòd numeros, humiles tamen, poeta ille adhibeat, alteram quòd aliqua ex parte uerba immutat. Duas itidem notas habes, quibus ab Oratorio alterum poetici sermonis genus, quod dicebamus longius distare, dijudices. Altera est, quòd in eo grandiores numeri sunt, quàm ut possis similitudinem ibi ullam popularis sermonis agnoscere; Altera est; quòd uerborum omnium habet immutationem. Tribus præterea notis uerè poteris tertium genus longissimè distans ab oratorio internoscere. Prima, quòd grandioribus numeris utitur; altera, quòd uerba omnia immutat; tertia, quòd actio ipsius, et argumentum alterius cuiusdam generis est, quàm quod ab Oratoribus consueuit tractari. Cæterum ut exemplis rem explicem, in genere hoc postremo meo, quidem indicio, aptè Pindarum collocabis. Quamobrem cum satis perspicuum hactenus sit, differentiam omnem inter poeticum, & oratorium sermonem non aliundè enasci, quàm ex sermonis immutatione, quæ aut per uerba, aut per res, aut per numeros fiat; de his tribus singillatim dicamus. Ac primum de uerborum immutatione, quæ cum aut singula sint, aut coniuncta, necesse quoque est poetam, uel singula, uel coniuncta immutare. Singulorum autem immutatio uerborum, uel per ipsarum dictionum partes, uel per totas dictiones fieri potest. Partem uerò dictionum syllabas intelligo, quarum triplici modo immutatio fit, aut detractione, aut additione, aut dissolutione. Detrahitur enim syllaba, ut si ferre pro auferre, tulit pro abstulit, & huiusmodi alia pronunciaueris. Additur autem syllaba, ut si Induperatorem pro Imperatore dixeris. Dissoluitur denique ut cum aulai pro aulæ posueris. Totius uerò dictionis, atque uerbi immutatio quatuor modis, ex partium orationis uariatione fit, aut nominis scilicet, aut uerbi, aut participij, aut per partis pro parte sumptionem. Nomina quidem tripliciter immutantur, aut per casum, aut per genus, aut numerum. Casum quidem poetæ immutant, ut cum, it clamor cœlo, pro ad cœlum, dicunt. Genus uerò, ut ille, qui amaræ corticis pro amari posuit, numerum quoque immutant, ut cum militem, Troem, hostem, pro militibus, Troibus, & hostibus dicunt. Verborum itidem triplex esse immutatio potest, per genus, casum, & tempus. Genus autem uerbi mutatur, ut Nonius rectè notat, cum funerare, & digladiare, pro funerari, & digladiari posueris. Casum mutabis si modum unum pro altero colloces, ut amet pro amaret, & illud. hoc Ithacus uelit, pro uoluisset. Tempus denique mutatur. ut in illo, Vrit uidendo fœmina. Participij uerò immutatio totidem modis fit, quot & uerbi,

bi, in hoc. n. exemplo omnis uariatio cernitur, cum pransum pro prandente sumpseris. Quibus innouationem addas licet, ut expectorare, & iuuenari. Superest modo, ut exempla proferam quartæ illius rationis, qua dictionem totam per sumptionem partis pro parte immutari dicebamus. huiusmodi uerò immutatio unico tantum modo fit, ut si temonem pro puppi dixeris. Expositi à nobis hactenus sunt tres modi, quos ut uerba omnia immutaret poeta, à uetustate sumpsit. Sic. n. ueteres loquebantur; Nunc uerò duos alios explico, quos aliunde sumit, alter ex fabularum ratione desumptus est, alter uerò per tropos fit. Altero modo immutat uerba poeta ex fabulari ratione, ut si Thalamos, hymenæósue pro nuptijs posuerit, quòd id ex fabula petitum sit. Tertiam rationem immutandi uerba singula sumit à tropis poeta, quales Metaphora, synecdocha, metonymia, & alij sunt, qui à Quintiliano lib. 8. cap. 6. enumerantur. ex his tamen duo potissimum Oratori inseruiunt metaphora, & epitheton; reliquos omnes sibi poeta uendicat. Dictum est hactenus de singulis uerbis, quatenus à poeta immutantur. Nunc est de coniunctis dicendum quæ modis quinque immutari mihi uidentur à poeta, nimirum aut per metaphoram ex analogia, aut per energiam, aut per epitheta, aut formulas loquendi, aut ex circunstantijs. nam cum Metaphora sit quatuor generum, quemadmodum & Arist. in poet. & Quintil. lib. 9. docent, scilicet quæ uel partem pro toto, uel totum pro parte, uel speciem pro genere sumit, uel quæ ex analogia constat. Tres primæ in singulis uerbis perspiciuntur, postrema hæc sola in coniunctis adhibetur, hoc pacto. ut si pro uidere ignem, & audire aliquid, dixeris haurire oculis ignem, & haurire auribus. Altera ratio uariandi & immutandi poeticè coniuncta uerba per energiam est, quæ rem ob oculos ponit, ut si dicas, & niues diffugisse, & pōtem indignatus Araxes. de tota autem hac re Arist. copiosè agit lib. 3. Rhet. nam inseruit etiam oratori ἐνέργεια. Tertia immutandi ratio ex epithetis constat, quæ aut proximè petuntur, ut si hominem prudentem, & sapientem appelles, quæ ipsi per se conueniunt. aut longius, ut si effrenatam iram nomines, quòd effrenatos homines efficiat, aut petuntur longissimè, ut si iram cruentam uoces, quod ipsa cædem excitet, unde cruor manat. Itidem si nigram syluam appelles, quia arboribus densa cum sit, obscurior uidetur. proinde, nigra, quòd obscurum omne nigrum sit. Cæterum sic statue, epitheta communia esse poetæ, atq; Oratori, sed quo longius poetarum quodq; genus ab Oratore distet, eo ipsi esse petenda longius epitheta. Quarta ratio immutandi poeticè coniuncta uerba per

formulas loquendi est, uel ex Græco deductas, qualis illa apud Hor. Lubricus aspici; uel per fabularem rationem, et metonymiam. ut Bacchus amat colles, & illud, sine Cerere & Baccho friget Venus. qua ratione immutandi nemo satis rectè uti poterit, nisi qui optimè fabulas didicerit. Sed cum fabulæ, aut ex morali philosophia sint desumptæ, ut Sirenum illæ. Circes, & Cyclopum, aut ex naturali deductæ sint, ut quæ de Ioue sunt, & Iunone ipsius coniuge & sorore, de Neptuno, & cæteris huius generis, ut teneant oportet ij optimè philosophiam, qui se poetas profitentur. Quintam denique rationem habet poeta, qua sermonem suum ab oratorio diuersum efficit, ex circunstantijs ductam, quæ, aut tenues sunt, aut graues. Tenues quidem essent, si uer ita describeres. Vt tunc pecus diceres non gaudere stabulis, & aratorem igne. Grauiores uerò si tunc liquescere niues, frondescere arbores, mutareq; uices terram diceres. utrouis.n. genere arbitratu tuo pro rebus subiectis uti potes.

Disputatio secunda.



OSTQVAM *immutationem poetici sermonis, & in uerbis simplicibus, & coniunctis exposuimus, superest modo, quando uocibus & rebus constare sermonem diximus, ut explicemus, quatenus habeat immutatas quoque res ab oratore poeta: Res uerò appello, ut Arist. in poet. argumentum, seu actionem, uel ut uulgus hominum, & antiqui Rhetores qui iam appellauere, inuentionem. Hoc igitur argumentum quot modis, & qua ratione immutetur dicendum in præsentia est. Rerum igitur immutatio est uel in longa, uel in breui poesi. Longam uerò poesim appello, uel quæ acta sit spatio multorum dierum, uel quæ, ut Arist. in poet. ait, periodo unius solis continetur. Nam ab historico hoc differt poeta, quòd ille multas actiones persequitur, unam uerò tantum poeta; propterea qui plures actiones poetæ complexi sunt, non habent poetæ quicquam nisi metrum. Cæterum poema illud, quod actionem multorum dierum continet, Epopœia dicitur, cuiusmodi est Aeneis illa Vergiliana continens 10. aut 12. dies, pauloplus, minus'ue (non exquisite nunc loquor, sed facilè est colligere) poema uero illud, quod habet actionem unius solis, idest diei simul & noctis, est aut Tragœdia, aut Comœdia, aut Satyra. Collige igitur distributionem totam. Poema constare aut longa, aut breui actione, qualis est actio unius epigrammatis, aut odes. Longam uerò duplicem esse, aut quæ*

sit

sit multorum dierum spatio confecta, aut quæ tantùm spatio unius solis contineatur. Sed de longa poesi primum agamus, mox uerò de breui. Hæc igitur poesis, quam longam uoco, immutationem habet rerum, aut in tota eius actione, aut in partibus, aut in particulis. per partes.n. intelligo episodia, per particulas uerò. Episodiarum partes. particulæ enim sunt partes partium. Episodia uerò ab Arist. dicuntur digressiones quædam, quæ præter rem, et actionem sunt, antequàm in poemate collocentur, at si iam collocata & inserta separes, poema mancum facias. Tale est Vergilij illud, ubi AEneam in Africam iactatum describit, id enim antequam in poema assumeretur, quis non uidet facilè potuisse seiungi, cum tota Vergilianæ actionis summa in eo consistat, ut narret uirum quendam Troianum deorum monitu in Italiam uenisse, ædificasse ibi urbem, diuq; cum sobole feliciter uixisse. hoc est argumentum Vergilij absque Episodijs ullis, quæ postquàm ipse inseruit, non facilè ab actione seiungi possunt. Agamus igitur primum de ratione immutandi per Episodia, qua poetæ utuntur, nam cum ipsa aut necessaria sint, idest ueritatem contineant, aut uerisimilia, quæ ex poetarum licentia effinguntur. in necessarijs Episodijs nullus est poetæ locus ad immutandum: ea.n. res, quæ uera est, immutari nequit, alioqui amittit nomen ueræ. In altero uero genere Episodiorum, quæ ex uerisimili fiunt, locum habet immutandi poeta, aut per fabularem rationem, aut ex adiunctis. Et ex fabulari quidem ratione immutari dico, cum ex fabulis fictum aliquid tanquam uerisimile assumit, & adiunctis uerò cum illi inuento aliud adiungit, item aliud, subinde & aliud arbitratuo suo poeta. Per fabularem igitur rationem Episodia uerisimilia immutantur dupliciter, ex duplici fabularum genere, quòd scilicet dictum est supra fabulas, aut ex morali philosophia assumi, aut ex naturali, ut quæ de Atlante effinguntur, Saturno deuorante filios, & de reliquis, quæ eiusmodi sunt. Talium autem fabularem si rationem habeas, fit ut aliquid in opinionem recipias, & credas, quod alioqui non crederes, qualia illa sunt, Vt cum deos loquentes faciunt Sophocles, & Plautus, uel descensum ad inferos describunt Vergilius. Νεκυίαν Homerus. quæ omnia immutationem habent per notitiam fabularem, sine qua nihil ipsorum crederes. Quis enim Creusæ illud, quod scribit secundo AEneid. Vergil. crederet? nisi iam ex fabulari notitia receptum in opinionem esset, ut qui rectissimam uitam duxerint, eo modo, quo etiam de Romulo fingunt, in cœlum tollantur, & in numero Deorũ censeantur. Alterum uero modũ immutandi episodia uerisimilia, dictum est ex adiunctis esse, cum scilicet ad aliquod episodium

aliud

aliud uerisimile adiungitur, & huic aliud, cui itidem & aliud, quo grandius fiat poema. & in iustam magnitudinem excrescat. Vt postquàm Vergilius AEneam in Siciliam appulisse dixerat, addidit episodium alterum, quod facilè fuit persuadere, ipsum mox in Africam actum, cui et aliud adiunxit, collocutum nempe eum esse eum regina & ab ea de rebus Troianis rogatum ut diceret. & huic alia adiunxit, quae non persequor. Hactenus igitur dictum sit, quot modis partes suae actionis, seu episodij immutare possit poeta. Consequitur modo, ut explicemus, qua ratione totum argumentum, seu actionem immutet, idest, qua re totum poetae argumentum ab historico & Oratorio differat. Duo igitur poeta immutat in toto eius argumento, aut nomina scilicet, aut ordinem. Nomina uerò immutat, uel omnia, uel aliqua. Terent. enim qui nomina effingit, & eorum moribus accommodat, quos facit loquentes, omnia dicitur immutare; Vergil. uerò nomina sumit partim uera, partim simulata, & ab ipso efficta. Inuertit quoque in tota actione ordinem poeta, ut Epicus per ἀπαγγελίαν, qua loquentem aliquem de ijs facit, qui gerendis rebus interfuit, ex qua re ordo facilè immutatur. ut Vergil. cum ab eo. Vix è cõspectu Siculae telluris etc. incoepisset, facit postea AEneam à capite apud Didonem res Troianas ordientem. Et Hom. cum loquentẽ Vlyssem facit apud Alcinoum. Sed cum de tribus rationibus, quibus uti poetam diximus in actione sua immutanda, duas hactenus explicauerimus, superest tertia illa, qua dicebam particulas, idest episodiorum partes immutari. Partes autem Episodiorum appello, ea, quae continet episodium illud, ubi AEneae cum Sybilla sermo describitur. Haec igitur particularum immutatio, aut erit in simplicibus conceptibus, aut in argumentis. Simplices uerò conceptus nomino affirmationem, negationem, et. Propositionẽ, quemadmodum nominat Arist. 3. Rhet. sub finem. Si igitur fit in argumentis immutatio, triplex esse potest. Aut scilicet in enthymemate, aut in sententia, aut in exemplo. Si in exemplis, ut ab hoc exordiar, sit facienda immutatio, necesse est, aut formae, aut materiae ratione fieri. sed in forma nulla esse potest immutatio; eadem. n. in exemplis forma, partis scilicet ad partem, & poetae & oratores utuntur. Solam igitur materiam poeta immutabit, eamq; unica ratione per fabularem notitiam; nunquàm. n. ex historijs, sed ex fabulis semper probationes suas ducit poeta, ut Horat. in Odis probans esse audax hominum genus exemplis utitur Promethei, Daedali, & Herculis. lib. scilicet Odarum 1. Ode. 3. semel tantum obserues apud eundem lib. 3. Odar. ubi suadet genio esse indulgendam proferri Catonis exemplum, quod est ex historia

storiam sumptum. Verum hic est fertur & Catonis Sæpe mero caluisse uirtus. sed hoc rarò fit, nec aduersatur nostræ obseruationi. In enthymemate autem, neque formam, neque materiam poeta immutat; eosdem.n.locos proprios cum Rhetore habet, desumptos scilicet, tum ex morali, tum naturali philosophia. et ad popularem, quotidianumq; sermonem deductos; Propterea cum de enthymemate, & locis proprijs in Rhet. egisset Arist. nihil erat, quòd eadem in poetica repeteret. In sententia quoque nihil discrepat ab Oratore poeta, cum.n.ea duplex sit, ut Arist. lib. Rhet. 2. scribit, aut quæ rationem simul adiungit, ut illa. Dulce est pro patria mori, quia omnibus statutum est semel mori. Aut quæ rationem non habet, ut illa. Omne solum forti patria est. utrunque genus, & poetæ, et Oratori commune est. Itaque colligo, cum argumenta, quæ oratori, & poetæ deseruiunt, triplicis generis sint, exempli immutat materiam tantùm poeta, in reliquis nihil ab Oratore discrepat, nec quicquam immutat. Dictum igitur est hactenus de immutatione rerum, quæ fit in longa poesi; superest modò, ut dicamus de immutatione, quæ fit in breui poesi; hæc.n.cum nullam habeat actionem, ut est Ode una, seu epigramma, seu Elegia, alia quadam ratione quatuor modis immutatur. uel scilicet per temporis anticipationem, qua usus est Horat. lib. 1. Od. ode 15. cum Nereum facit Paridi belli Troiani exitium prædicentem, uel per fabularem rationem, ut si Epigrammate significaturus sis, uelle te ad studia reuerti, immutationem facies per Musas, Apollinem, & alia, quæ huiusmodi sunt. Si exprimendum tibi sit, naues iam tandem ad portum appulisse, Neptunum, Nereum, Portumnum accipies. Si de rebus rusticanis loquendum, inducendi sunt Pan, Faunus, Satyri, Nymphæ, & tales personæ pro ratione historiæ fabularis ueterum. nam eam ad omnem naturam, et genus accommodarunt. facilis est hæc immutandi ratio, & passim apud poetas usurpata. Fit etiam in breui poesi immutatio per allegoriam, idq; bifariam, aut enim perpetuas conteximus allegorias, ut Horat. facit lib. 1. Ode 14. ubi allegoria quadam usque ad finem perducta Pompeium deterret. aut mixta utimur allegoria, cum scilicet post aliquod populare dictum, allegoricum aliquid aspergimus; mox ad populare reuertimur, subinde ad allegoricum. ut Hor lib 1. Oda. in illa ode. Quis multa gracilis. populare autē appello dictum, cum loquimur, uti consuetudo fert, ut in eadem Hor. Ode obseruari potest. Postrema ratio immutandi in breui poesi fit per figuras sententiarū, cum.s. per προσωποποιΐας, aut statuam uel ianuam loquentem facimus, ut Catullus, sicuti notum est, aut aliquem ab inferis excitamus, atque hactenus de ijs dictum sit, quibus ab Oratore per rerum immutationem poeta distat.

FRANCISCI

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS.

Quomodo sermo philosophicus ad popularem, & oratorium redigi posit.



NVNC mihi dicendum est qualis sit sermo philosophorum, & quantum distet ab oratoris sermone, quomodoq; ad popularem, et oratorium redigi possit. Satis. n. constat eo locupletari oratorium hunc nostrum. Ac primum declaro, qui à me dicatur sermo philosophicus, ac naturalis. Sermonem appello philosophicum, qui certis uocabulis constat populo minime notis; sed generalibus, ab ipsis met philosophis, qui uniuersalia sectantur, singularia uerò uitant, excogitatis, ac inuentis. Popularem sermonem uoco, qui peruulgatis conficitur appellationibus rerum, nec generale quidpiam complectitur; sed singularia semper persequitur; uocibus constans ab ipso usu paulatim effictis, et consensu hominum comprobatis. Et sanè utrunque genus obseruari posse uideo ex Arist. & eius interpretibus. Nam Arist. lib. Rh. I. sicuti alio loco copiose exponemus; Et Alexander lib. Topicorum I. ubi in definitione syll. dictionem declarat πάντων. ait Arist. usum dictione ἐνδημοτέρᾳ. hoc est magis populari, quasi uerò non conueniret philosopho, qui populariter non loquitur. Populus rudis est, nec prospicit procul, sed lusciosus quodam modo est, ac lippis oculis. Procul positæ sunt uoces generales, quibus disciplinæ constant. Arist. lib. I. Rh. id significat, cum ait oratorem non πόρρωθεν ὁρᾶν. Philosophorum mens acute cernit, longissimeq; prospicit nec fallitur unquam. Imò uerò uniuersalia ipsi notiora, uel si non notiora, saltem prius nota, ab ijs. n. omnem suam institutionem orditur. ut & philoponus lib. I. physicorum. Et Arist. lib. 6. Top. declarat. Quamuis uerò tam dissimilis sit utriusque ratio, non aliunde tamen locupletari orationem popularem, qua oratores utuntur, quàm ex philosophiæ, & reliquarum disciplinarum cognitione satis constat. Vnde ille preclare. Scribendi rectè sapere est principium & fons. Quod multis permirum uideri possit. Si. n. philosophia paucis (ut Cic. ait) contenta iudicibus est, qua ratione fieri potest,

ut orator, qui in medio foro apud multitudinem uerba facit, ab ea adiumentum sibi paret? Est quædam ars deducendi sermonem philosophorum ad oratorium usum, de qua breuiter dicam. ita tamen, ut non inania quædam protulisse uidear, sed prorsus ea, quæ rem ipsam attingunt. Rem paucis notam, & ab alijs non tractatam explicabo. Sicuti duplex est philosophiæ genus; alterum, quod in naturæ, causarumq; peruestigatione uersatur. Alterum, in quo de moribus, uirtuteq; agitur. Ita etiam duplex mihi ratio demonstranda, qua tum hoc, tum illud genus ad oratoriam loquendi formam deduci possit. Ac primum de Morali. Moralis sermonis genus duplex esse uideo. Alterum, quod præceptionibus constat, quæ ad bene, beateq; uiuendum spectant. quale poema Theognidis, Epicteti institutio, & Hesiodi nonnulla sunt. Alterum, in quo de felicitate disseritur, quæ sit, ac qualis. quæriturq; quid uitium sit, quid uirtus, ac quibus finibus utrunq; claudatur. unde actiones hominum seu bonæ, seu malæ proficiscantur. sponte nè, an natura, ad uitium procliues ferantur. Qui temperantes sint, qui auari, qui incontinentes, qui liberales, qui fortes, ac timidi. In hoc quidem genere nullum uideas præceptum dari. sed disputationes tantùm cernas subtiliter tractatas, de uitio, & uirtute. Nec inficias ierim prius illud genus ex hoc posteriore enasci. qui.n.nouit, quid iustitia sit, quid fortitudo, quæ earum officia, quæ partes sint; facilè potest ex huiusmodi cognitionis genere præcepta elicere, quæ ad uitam instituendam pertinent. Tantum autem inter hæc duo genera differt, quòd illud, quod præceptiones continet, popularibus constat uocabulis, hoc autem philosophicis, populo non notis, sed generalibus, ingenio ipsorum philosophorum, qui artem constituerunt, excogitatis. Videndum igitur qua ratione utrunque ad oratoris usum deduci, atque accommodari possit. Genus illud, de quo prius locuti sumus philosophici sermonis, quod præceptionibus cõstat, unica tantũ ratione transmutari in oratorium potest, ut præcepta in laudationem uertantur. ut si illud Virgilianum proferas. TV NE CEDE MALIS, SED CONTRA AVDENTIOR ITO. Præceptum hoc est. et λόγος ut appellat Arist. lib. Rh. I. συμβουλὴν ἔχων καὶ ὑποθήκην. Iam uerò si commutare uelis, & ex præcepto, quod philosophicum est, laudationem conficere, quæ oratoria fuerit, uidendum erit, ut idipsum quod ante præcipiebatur, dicatur factum ab eo quem laudas; hoc fermè modo. Tanta uerò ille, dum uixit, fortitudine fuit, ut malis, & aduersæ fortunæ nunquam cesserit. Et illud. AEquam memento rebus in arduis seruare mentem. is uerò æquam rebus in arduis semper, dum uixit, mentem seruauit.

Sed

Sed idem illud præceptum, quod ad laudationem refertur, etiam ad uituperationem referri potest. Nec fuerit etiam difficile ad deliberatiuum, & iudiciale genus traducere. Non grauarer exempla proferre, si res non esset aperta satis, ac perspicua in priore exemplo. Vide igitur ut hoc non philosophicum, sed oratorium planè, ac populare dicendi genus est factum. quod rursus ab oratorio usu ad philosophicum traduci posse quis iam non uidet? Nec uerò est, quòd quisquam credat, me hæc non à uetustis authoribus desumpsisse. Arist. summus Magister agendi, & dicendi. lib. Rh. I. ἔχει δὲ κοινὸν εἶδος ὁ ἔπαινος καὶ αἱ συμβουλαί. ἃ γὰρ ἐν τῷ συμβουλεύειν σὺ ταῦτα μετατεθέντα τῇ λέξει ἐγκώμια γίνεται. *Alterum genus sermonis moralis, quod non præceptionibus, sed disputatione potius quadam, de habitu, de moribus, de uirtute, & uitio constare diximus, quales libri Arist. & Platonis de moribus sunt. alia quadam uia, & magis quidem difficili deducitur ad oratores; Conficitur.n. totum fermè philosophicis uocabulis. (philosophica uocabula appello generalia, et* τὰ καθόλου*) illud uerò popularibus, ac tritis, ut ante dixi. Ego quatuor modis id fieri posse longa obseruatione deprehendi. Primum igitur fuerit uidendum, ut* τὸ καθόλου*.i. generale, ac uniuersale deducamus ad singularia, & certis concludamus spatijs personarum, locorum. ac temporis. philosophi.n. ut satis est notum,* τὰ καθόλου *sequuntur. Oratores uerò* τὰ καθ᾽ ἕκαστον*, & finitam, non infinitam, tractant quæstionem. Exemplum fuerit. Vt si dicas omnem uirtutem esse mediocritatem. Iam uerò redige ad* καθ᾽ ἕκαστον*. Sic. Petrum eo semper fuisse ingenio, ut neque ita magnos fecerit sumptus, ut reprehēdi, neque ita tenues, ut auarus dici posset. Secundus modus est, Vt uocabula, quæ mente continentur hominum, abstracta quæ uocant, deducantur ad ea, quæ re ipsa concreta sunt, ac uisuntur. Arist. lib.* περὶ τῶν ἀναλυτικῶν *II. uocat hæc* κατὰ τὴν ἕξιν*. illa autem* παρώνυμα. κατὰ τὴν ἕξιν *sunt. ut ensis. iustus. Miles. liberalis. Ager. Felix.* παρώνυμα *sunt. Iustitia. fortitudo. Actio. Liberalitas. Electio. Habitus Mediocritas. Felicitas. Atque ut certa aliqua norma præscribatur, operæpretium fuerit meminisse, quæ* σύστοιχα *in Topicis uocantur. Iustus, iustè, iustitia. Fortis, Fortiter, Fortitudo. Mediocris, Mediocriter, Mediocritas. Redigentur igitur illa, quæ minus nota populo sunt, ad notiora eidem. Exemplum fuerit hoc. Definitio felicitatis est apud Aristotelem, Felicitas est operatio secundum uirtutē. operatio est uox abstracta, & minus nota populo, quære per* σύστοιχα *notiora, et in ea uerte. Sic operari, operator, operatio. Sic etiam. Felix, feliciter, felicitas. Tertius*

modus

modus est metaphoras inducas aliquot, & suis locis apte colloces, quatenus res subiecta postulabi; Oratoris.n.est proprium metaphoris uti, atq; ijs suum sermonem exornare. Philosophis interdixit summus Magister lib.6.Top.ne metaphoris uterentur. Sciendum uero cum ijs non liceat uti metaphora, loco ipsius similitudinem adhibere solitos, ipso Arist. uiam praemonstrante. Ac sane perbelle res cecidit. Nam affinitate quadam sunt coniūctae similitudo, & metaphora.utraq;.n.analogia cōstat. Et Arist.lib. Rh.3.docet quomodo haec in illam uerti possit. Quartus modus est, ut figuris sententiarum ijs praesertim, quae πάθη habent, omnia conuestias. Sic.n. demum ex philosophico plane oratorium, ac forensem sermonem cōfeceris. Nec patiar exemplum totius huius artis à me demonstratae desiderari. Sumamus igitur definitionem Arist. felicitatis, de qua ante. Fel. est oper. Sec. Virtut. Sic igitur ego Figura primum conuestiens uehementi, quae est μετὰ πάθους ἀρχή. Et deducens Vniuersale ad particulare. Et metaphoris utens. & abstracta uocabula deducens ad concreta, dixero. Dij malefaciant maleuolis istis, ac sceleratis hominibus, qui M. Claudij gloriam sua maledicentia obscurare conantur; Cum.n. semper ita uixerit, ut & in suscipiendis pro communi libertate periculis, & in amicorum uita, fortunisq; tuendis, singularem semper fortitudinem, ac diligentiam prae se tulerit; suisq; ciuibus semper se aequum praebuerit. erga egenos benignus, erga hospites comis, erga suos humanus fuerit, nihilq; unquam nisi summo consilio gesserit, moderateq; semper uixerit, nec ullo uoluptatū deliniměto captus, ab honestate discesserit; quis eū non felicē putet, et eius uirtutē non cōmemorandam modo, sed etiā praedicandā ab omnibus iudicet, ut posteris exemplum sit, unde & recte uiuere, atque omnia cum laude agere discant? O uirum igitur insignem. O praeclarum Heroa; Desinant, desinant improbi homines te maledictis insectari, ne malitiam suam in dies magis detegant. doleantq; aliquando, se inuidia actos, tanti uiri uirtutem non imitatos, ut parem ipsi quoque laudem consequerentur.

*

*. FRANCISCI

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS.

Ratio artificij in sermone oratorio demonstrata, & comprobata testimonio antiquorum Rhetorum.



VONIAM antè satis apertè demonstratum fuit, qualis sit poeticus, & oratorius sermo, quantumq; inter se distent; nunc libet oculis subijcere certas formas utriusque sermonis desumptas ex Demetrio, Cicerone, & Hermogene: ex quibus facilè omnes perspicient uerissima esse ea, quæ à nobis dicta fuerunt, & quæ etiam postea dicentur, non aberrare à ueterum disciplina; quæ quidem tota manauit ex Aristotele; is enim lib. 3. Rhet: αἰνιγματώδη hanc omnem uerborum, numerorum, figurarum, & affectionum demonstrauit, ubi de pathetico sermone loquitur, & postea quicquid à Rhetoribus deinceps traditum est de figuris, de structura, de numeris, de uocabulorum sono & alijs ornamentis, inde desumptum fuit, & si ille nomina figurarum non protulit, quæ illi postea aptè effinxere. Pauci animaduerterunt; nullus certè demonstrauit Ciceronem in eo libro, qui inscribitur Orator, uiam hanc ingressum; nam dum disertè loquitur, & artis uocabula uitat, res ab omnibus percipi non potuit; Adde, quòd apud ipsum non est aperta distributio, nec ullus certus ordo eorum, quibus constat sermo oratorius, uel in genere summisso, uel grandi, qualis est apud Demetrium, & postea magis expressa ab Hermogene, & alijs fuit; Sed sic solebat Cic. cum à ueteribus desumeret aliquid, dicendo illustrare, ut uix idem dixisse, aut ab illis desumpsisse uideretur. Iucunda certè erit omnibus hæc collatio. Singulæ. n. partes suis locis dispositæ sunt aptè, nec erit difficile conferre; ac uidere, quid de artificio dicendi in tribus illis generibus sermonis grandis, mediocris, & summissi, siue humilis, tàm graues uiri senserint.

Ex Cic.

Ex Cic. lib. qui inscribitur Orator. De humili dicendi genere. Defin. seu descriptio ipsius est. Summissus est, & humilis, consuetudinem imitans. Vide reliqua.

RES.	Sententiæ.	Fig. Sentētiarū.	Dictio.	F. Dictionum.	F. Structu	Num.
Exiles & tenues. *Quæ autē sint, nullus est, qui nō intelligat; si cogitet, quæ sint magnæ, & grandes.*	1 *Acutæ.* 2 *Crebræ.* 3 *Ex abdito erutæ.* 4 *Salsæ.*	1 *Parcus sit in sententiarum ornamentis.* 2 *Fig. sententiarum ne utatur vehementibus, illustribus.* 3 *Ne utatur prosopopœia, ethopœia.* 4 *Vel si uti uelit, utatur horridius.*	1 *Pura.* 2 *Latina.* 3 *Dilucida.* 4 *Plana.* 5 *Decens.* 6 *Non faciat nouas, uitet priscas.*	1 *Vitet* παρονομασίας. 2 ἐπαναλήψεις. 3 ἐπαναφορᾶς. 4 ἐπανόδου. 5 ἐπαναδιπλώσεως. *.i. Iterationes.* *Hæc uocabula non sunt apud Ciceronem, sed ut perspici possit, qua ratione solitus sit artis*	1 *Vitet hiatus ex concursu uocalium.* 2 *Vitet* ὁμοιοτέλευτα. 3 πάρισα. 4 ὁμοιόπτωτα *.i. paria paribus iuncta, et similiter cadentis.*	1 *Ne utatur ullo genere numerorum.* Actio. 1 *Non Tragica, & scenica.* 2 *Sed cum modica iactatione corporis.* 3 *Vultu potius exprimat.*

uocabula Oratoriæ proferre, uti sese habent apud alios Rhetores, apponere uolui.

De humili

ἔννοιαι	Methodus.	Dictio.	F. V.	κῶλα	σύνθεσις.	Num.
rerum 1 communes. 2 notæ, & quæ à se ipsis prouenire uideantur. 3 Vt nihil in recessu habeant. 4 Neque subintellecti. .i. quod sit ex opinione dicētis sumptū.	1 F. Sent. 1 ἀφήγησις. Quint. inter fig. nominat à nonnullis positam παραδιήγησιν. Hermog. non putat fere esse fig. Sed recipiamus licet. 2 debet esse ἀφήγησις. hæc πραγμάτων ψιλῶν. 1 non addere ἀόριστον ὡρισμένῳ. 2 ὅλον μέρει. 3 κρίσιν ullam. Aut saltem non debent hæc poni ante rem ipsam quàm narres.	1 κυρία. 2 οἰκεία. 3 Non translata non aspera. per se ipsam propter rem. ut increbescere. | exulcerare. Tralata ait. Hermog. efficere τὸ μέγεθος.	1 nulla circunscriptio. 2 nullus πλαγιασμός. Sed ὀρθότης.	1 parua & commatica. 2 non longa.	1 Structura negligens. 2 Similis populari sermoni. 3 Vocalium collisiones ne curiosè uitet.	1 nullus numerus insignis.

Ex Demetrio Phalereo περὶ ἰσχνοῦ χαρακτῆρος, quem Cic. humilem uocat.

πρᾶγμα.	Dictio.	Fig. διανοίας.	Fig. Verborum.	σύνθεσις.	Numeri.
1 Res Res subiectæ oratori ad dicendum in hoc genere debent esse tenues, & exiles. Exépla peti possunt ex Lysia, quē ideò etiam Cic. ipse subtilem uocat, & caussidicum ueluti quendam in Or.	1 propria. 2 Vsitata. Nam inusitata, et tralata grandem facit orationem.	Nullas nominatim profert Phalereus. Sed ait generatim. 1 Fugiendæ omnes figuræ ἐπίσημοι .i. insignes. Quales Cic. apertè protulit in Or. ubi de humili sermonis genere agit.	1 Fugiendæ ἀμφιβολίαι. 2 Fugiendæ ἐπαναλήψεις. 3 Non tamen fugiendæ interdum sunt. 4 διαλογίαι. has opinor omnes uno nomine uocasse Ciceronem Iterationes, ubi de hoc genere sermonis agit in Or.	1 F. Structuræ. 1 κῶλα non debent esse longa. 2 Vocalium concursus & hiatus fugiendus. ut καλά ἐστι.	1 ῥυθμός. 1 Absit omnis Numerus. præsertim. insignis.

De Modico dicendi genere ex Cic. Descriptio ipsius est. Vberius est aliud, aliquantoq; robustius. Summissus autem. καθ' ὑπερβολὴν, καὶ ἔλλειψιν. ut Arist. in ethicis.

RES	Sententiæ.	Dictio.	F. S.	F. Verb.	F. Struct.
1 Modicæ. 2 Nec uehemétes. Laudationes ad hoc genus referuntur. Elice ex Cic. in Or. ubi ait se hoc usum in oratione pro lege Manilia, in ornando Pompeio.	1 Lepidæ. 2 Suaues. 3 Ornatæ.	1 Insignis. 2 Expolita. 3 Picta. 4 Florens. 5 Tralata. 6 Immutata. Quomodo tralata ab immutatis differant. etiã sciendum, cum ait Cic. immutata ex consequenti duci, significare loquendi genus, quo etiã utuntur poetæ. de quo nos alibi.	1 multæ, modò ne uehemétes illas apponas. Hoc collegi ex Cic. uerbis. Vide. 2 Loci communes, latæ, eruditæq; disputationes.	1 Omnes sine ulla exceptione. Hoc ex uerbis Cic. collegi. Vide. 2 Tropi ferè omnes. nam etiam Cic. in contextu κατάχρησιν habet, & ἀλληγορίαν.	1 Omnes. Quamuis de his nihil dicat Cic. Sed intellige, cũ aliquot sint expositæ in humili. F. N. 1 insignes, et si de his nihil Cic. Actio. De hac etiam nihil Cic. Sed intelligi potest ex prædictis.

Sed uidendum quatenus oratori concedatur. Etiam uide Tropos, nam ex ijs fit talis immutatio.

Ex Demetrio

Ex Demetrio χαρακτὴρ μεγαλοπρεπής. Ego puto hunc adaptari debere ad Modicum Cic. & id multis rationibus probare soleo.

RES	Dictio.	Fig. Sent.	Fig. verborum.	Fig. Struct.	Numerus.
1 Vt πεζομαχίαι. i. pedestres pugnæ. 2 De cælo. 3 De terra. Sed non satis est rem habere magnam. differt. n. quomodo dicatur. 4 Possunt. n. grandia exili sermone etiā proferri	1 περιττή. 2 ἐξηλλαγμένη. 3 ἀσυνήθης 4 Metaphorica, modò grandis. 5 Composita: ut σιτοπομπία. pro σίτου κομιδή. Sic. n. ferè nomen ponitur pro sermone.	1 ἀποσιώπησις. 2 ἐπιφώνημα. 3 ἐπικερτόμησις. 4 ἐπίπληξις.	1 ἀναδίπλωσις. 2 ἐπαναφορά. 3 ἀνθυπαλλαγή.	1 Longa κῶλα, nō breuia, ut ante diximus, orationem faciunt exilem. 2 Itē περίοδοι per περιαγωγήν. ut ne sint multæ interspirationes, quas Græci vocant ἀναπαύλας. 3 Item δυσφωνία in structura dictionum, nam δεινότης contrarium facit. 4 Vitandæ multæ coniunctiones. 5 Item aliquando est prætermittenda σύγκρουσις φωνηέντων.	1 pæan. Vt Arist. lib. 3. Rhet. in longam desinens. ∪∪∪—

De Vehementi

De Vehementi dicendi genere ex Cic. lib. qui inscribitur orator.

RES	Verba.	F. Sent.	F. Verborum.	F. Stru.	Num.
1 atroces. & uehementes. Sent. 1 Graues. 2 acres. 3 ardentes.	1 Ficta, sed rarò. 2 Tralata altius.	1 quæ sint uehementer illustres. 2 Faciet remp. loquentem. 3 Mortuos excitabit ab inferis.	1 Verborum iterationes omnes. quia contentionem habent, & clamorem. 2 Coaceruatio. 3 dissolutum. 4 Vitet παρονομασίας. Sunt.n. ioculares, & minimè graues.	1 modicè utendũ. 2 παρομοιώσει. tamen utetur. 3 παρισώσει. nõ tàm curiosè. 4 κῶλα breuia ne sint. 5 nec prolixa tamen. 6 Ne sit curiosa nimis cõpositio.	De his nihil Cic. Sed non est difficile excogitare, qui apti sint. Actio. 1 Tragica. 2 Vehemens. 3 Cum iactatione corporis. 4 Vultu etiam multa significentur.

Ex Demetrio

Ex Demetrio περὶ δεινότητος qui characteri uehementi apud Cic. respondet.

πρᾶγμα. .i. Res.	Dictio.	F. Sent.	F. Verborum.	F. Struct. seu σύνθ.	Num.
1 Atrox. 2 Commiseranda.	1 Tralata. 2 Composita: 3 Accommodata.	1 ἀποσιώπησις. 2 παράλειψις. 3 προσωποποιΐα. 4 παραβολαὶ fugiēdae διὰ τὸ μῆκος. Nam in ipsis apparet ἀκρίβεια, & κάλλος. 5 ἐρώτημα. seu πύσμα. 6 ἐπιμονή. 7 εὐφημισμός. 8 ἔμφασις. 9 Hyperbole. 10 ἐκπλήξις.	1 ἀναδίπλωσις. 2 ἀναφορά. 3 διάλυσις. 4 κλῖμαξ.	1 Cómatica oratio, ut sit. Nam τὸ μῆκος τῶν κώλων ἐκλύει τὴν σφοδρότητα. 2 Vt insit tamen περιαγωγή. Nam λύσις est nimiū simplex. ὀρθότητα uocat Hermogenes. 3 Aspera ut sit structura dictionum. 4 Fugienda Antitheta, & παρόμοια. 5 Vt uerbum dolorem exprimens .i. τὸ δεινὸν in extremo periodi ponatur. 6 Requiritur περιόδων πυκνότης. modò sint breues .i. δίκωλοι .i. Frequentatio, ut Cic. uocat. Nā πολύκωλοι ad κάλλος spectat.	De his nihil Demetrius. Sed facilè potest intelligi qui sint accōmodati huic generi.

Ratio

Ratio artificij in sermone poetico demonstrata, & redacta ad distributionem ab Hermog. factam.



VIA ANTE *subiecimus formas sermonis* Oratorij, *& distribuimus ex præscripto* Demetrij, Ciceronis, *&* Hermogenis, *itidem &* Aristotelis, *nunc sicuti polliciti sumus, subijciemus formam sermonis poetici, & distribuemus singulas ipsius partes, ex* Hermogenis *præscripto, postea* Aristotelis *ipsius, ut quid differat poeticus ab* Oratorio *quiuis perspicere possit, & uerissima esse cognoscat ea, quæ nos ante protulimus.* In *demonstranda autem forma poetici sermonis proposui mihi* Horatij Oden *unam, sic enim commodè me id facere posse animaduerti, si certum exemplum ex aliquo uetere poeta desumpsissem.*

IN VI. SECVNDI LIBRI HORATII ODEM.


ARGVMENTVM.

OPTAT Horat. *post multos militiæ, & itineris labores* Tybure *propè urbem requiescere; si minus id liceat, saltem* Tarenti *procul ab urbe, ubi summa amœnitas, & feracitas; moriensq́; illic à* Septimio *tumulari.*

κεφάλαιον.

Conquiescendum Horatio, Tybure, *uel* Tarenti *unà cum* Septimio, *usque ad extremum uitæ diem.*

CONNEXIO TOTIVS ODES.



Septimi

Septimigades.

Fig. Sent.	Explic. Fig. Sent.	Epicherema.	Locutionum immut.	Fig. Verb. & Struct.	Collatio.
ἀποστροφὴ, & προσφώνησις. Siue, ut uocat Demetrius, φιλοφρόνησις.	Cum significatione amoris. Amor significatur. Aditione periculorum, quæ sunt. præterita. | uel futura. & magna, ratione. lõginquitatis. | ariditatis locorum. immanitatis. Ferarum. Hominum. in hospitalium. inimicorum.		Cantabrum. μετωνυμία. pro Cantabria. Barbaras Syrtes. μετωνυμία. Sicut urbes moratas. Quint. lib. 8. ex eo, quod continet id quod continetur. Maura unda. μετωνυμία. Iuga nostra. μεταφορά.		Cantabrum. 46 31 Syrteis. 18 Maura. 18

Vide Catullum, in Epigram. 11. ubi longior quidem amoris significatio, sed minus adaptata ad rem.

Tybur

Tybur Arg. P. C.
Sit meæ ſedes vtinam S.

Fig. Sent. εὐχὴ.	Explicatio Fig. Sent. εὐχὴ ijs competit, qui conflictantur aliqua calamitate, & requietem optant. in hac eſt laſſitudo { maris. itineris laboris militiæ	Epicherema. ἀπὸ προσώπου. quòd ſenex. quòd defatigatus militia, & itinere. ἀπὸ χρόνου. 1 poſt longam militiam. 2 longum iter. 3 in extrema ſenectute.	Locutionum imm. Meæ ſenectæ ſedes. μετωνυμία. Arg. pos. col. αἰτνομασία. quamuis tollitur ipſo nomine Tyburis.	Fig. Verb. & Struct.	Collatio. Tybur. 16 42

Vnde

Vnde si par. p. m.
Dulce pellitis ou. G.

Fig. Sent.	Explic. Fig. Sent.	Epicherema.	Locutionum immut.	Fabularis loc.	Collatio.
Altera ἐυχή. Qua continetur laudatio loci.	Loci adiuncta. 1 Amœnitas. 2 Salubritas. ⎧ ouiū. ⎨ mellis. 3 Feracitas. ⎨ uini. ⎩ olei. 4 Tepor. 5 Fluuij irrigatio.	ἀπὸ τόπου. quòd ferax. quòd amœnus. ἐργασίαι in epenthymemate à collatione. 1 Non hymetto cedunt mella. 2 Baca certat Venafro. 3 Minimum inuidet falernis uuis.	Vnde parcæ prohibent malignæ. ἐπίθετον semper hærens, pellitis ouibus. ἀντονομασία. regnata petam rura Phalanto. μετωνυμία. hymetto mella cedunt. μεταφορά. Ab animatis. Angulus ridet. Baca uenafro certat. μετωνυμία. Simul, & μεταφορά. Aulon, inuidet. μεταφορά, & ἐνάργεια.	Iuppiter præbet tepidas brunas. Fertili baccho. μετωνυμία. Falernis uuis, pro uino. μετωνυμία. ——— Fig. Verb. & Struct.	De feracitate loci, uide in Epodis. ode. 16 Parcæ. in Epodis. ode. 13 Vnde tibi reditum certum subtegmine parcæ. Rupere. Item. 81 hymetto 36 Venafro 44 Baccho 51 Ver ubi longum. Verg. 1. L. Giorg. Hic uer perpetuum.

Ille te

Ille te mecum locus.

Fig. Sent.	Explicatio	Epicherema.	Locutionum imm.	Fig. Verb.	Collatio.
περιστατικὴ.	Fig. Sent. περιστατικὴ continet causam, ut eundũ. ut illic quietè degamus, & tu superstes me mortuũ tumules, & sic semper in omni περιστάσει fuerit causa ponẽda, quæ uel utilitatem, uel honestatẽ monstret.	ἀπὸ προσώπου. mecum. ἀπὸ τόπου. beatas arces. ἀπὸ αἰτίας. ut tu ibi superstes me tumules.	beatæ arces. μετωνυμία. Sicut pallentes morbi. hilarem adolescentiam. Quint. lib. 8. μεταφορὰ, & ἐνέργεια. postulant arces. Lacryma pro lacrymis. fauillã calentem pro cineribus. περίφρασις.	& Struct.	Hæc ad artem non spectat.

ad quæstionem tractandam; & probandam, siue refellendam.

κεφάλαιον.

Fodiendum esse Isthmum Byzantijs.

Epicherematum alia sunt.
- *Oratoria, siue poetica, hoc. n. potest addi.*
- *Philosophica.*
  - *Naturalia.*
  - *Moralia.*

Hæc ad oratorem non spectant.

Epicheremata ex circunstantijs sex.
1. προσώπου.
2. πράγματος.
3. τόπου.
4. χρόνου.
5. τρόπου.
6. αἰτίας.

Hæc dicuntur etiam enthymemata.

Sequitur ἐργασία.
- *Ab exemplo.*
- *A collatione.*

Quod debet tractari per illas sex circunstantias.

Præceptio.
1. *Non omnes sumi circunstantias.*
2. *Neque eodem ordine, sed quas oportuerit, & quo ordine magis decet.*

ἐργασία *à collatione. Ab animantibus carentibus ratione.*

Collatio autem, quæ παραβολὴ *dicitur, per easdem sex tractatur.*

Etiam ad laudationes referri possunt talia Epicheremata. Sic.

κεφάλαιον.

„ *Maximum quiddam est animi moderatio in Rege.*

Epicheremata ex circunstantijs sex, ut ante,

ἐργασία.
1. *Ab exemplo.*
2. *A collatione.*

ad eandem Heratij oden accommodata.

Quæstio.

An Septimio sit unà cum Horatio sceedendum Tibur, aut Tarentum.

ὑπάρχοντα ex quæstionis uocabulis eruta.

Horatius.	Tarentum.	Tibur.	Septimius.
1 amicus Septimio.	1 Fertilis ager.	1 Nobile oppidum.	1 Amantissimus Horatij.
2 Poeta.	2 Amœnus.	2 Vetustum.	2 Bonus.
	3 Salubritas aëris.	3 Proximum urbi.	3 Pius.
	4 Copia omnium rerum.		
	5 Abundans ouibus.		

Υ᾽πάρχοντων uim habent apud Hermog. illæ circūstantiæ sex Epicherematis.

Affectus in dicente amor.	Locus proprius ex materie amoris.
	Locus proprius non mōstrauit, neq; affectū Hermogenes.

Septimi gades.

F. S.	L. T.	F. V.	F. STR.	N.
φιλοφρόνως. Ex Demetrio.	à causa, & à maiori. De locis enthymematum non est locutus Hermogenes, nam sua Epicheremata alia ratione conformauit.	& Tropi. Hi continent immutationem sermonis, uti antè annotauimus, nam τρόπος inde dictus. omnibus uerò tropis utuntur poetæ.	Eadē sunt apud poetas quæ apud oratores, de his locutus est Hermog & de fig. uerborum in libris τῆς ἰδεῶν copiosè. et Arist. lib. 3. Rhet.	Pedes in hac ode sunt semper ijdem suis locis positi, & immutabiles.

De eloeutione poetarum Arist. loquitur in lib. de arte poet. & lib. 3. Rhet. quatenus reijcit ipsam ab usu oratoris, ubi persequitur quatuor genera τῆς ψυχρῶν. & uitia omnia metaphoræ, quæ. n. uitia apud oratores censentur, uirtutes sunt apud poetas, quia recedunt à populari loquendi usu, quæ poetæ (excipio comicos) sequi solent.

Loci proprij in alijs Horatianæ odes periodis sunt hi. suo ordine positi.

Locus proprius. ex mat. amoris 3 5. μὴ ἐγκαταλείποντας.

Locus proprius. καὶ τὰ κάρπιμα, ex mat. utilium.

Locus proprius. Idem.

Locus enthymematis est apud Aristotelem lib. 2. Rh. num. τῆς περιτπόντων. ut satis patet. Reliqua eodem modo sese habent.

FRANCISCI

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS.

Quid differat oratorius ſermo à ſermone dialectico.



RS HAEC artificioſè & ornatè dicendi, quam Rhetoricam uocamus, ideo multis uidetur difficilis, quia ipſam redigere ad uſum neſciunt. In primis igitur hoc eſt efficiendum illi, qui artem explicat, ut uſum ipſius in orationibus ueterum demonſtret. Vſus Dialecticees non ita eſt difficilis ad perſpiciendum; nam euidens eſt, et apertus, neque ullo ornatu uerborum tegitur. Sed ita ſi quis loquatur uel in oratione ſcribenda, uel hiſtoria, deridiculus uideri poſſit. Refert Lucianus grauis author in libro de ſcribendæ hiſtoriæ artificio, medicum quendam ita hiſtoriam ſcribere ſolitum. Omnes, qui in Apollinis tutela ſunt, bonas diſciplinas tractare pro ſuo iure poſſunt; omnes medici ſunt in Apollinis tutela, ergo omnes medici etc. Omnes qui diſciplinas iunctas inter ſe perceperunt, de his ſcribere poſſunt, omnes medici iunctas inter ſe diſciplinas perceperunt, ergo omnes medici poſſunt de omnibus diſciplinis ſcribere. Omnes qui de alijs omnibus poſſunt ſcribere, etiam de hiſtoria, quæ una ex illis eſt, poſſunt. Medici de omnibus alijs poſſunt, ergo etiam de hiſtoria. Paulò poſt; omnes ſapientes Reges magnas res gerunt, Piſiſtratus fuit ſapiens, ergo Piſiſtratus magnas res geſſit. Omne bellum, quod à Græcis indicitur Barbaris, eſt iuſtum. Bellum eſt à Piſiſtrato Perſis indictum, ergo bellum à Piſiſtrato indictum eſt iuſtum. Omnes qui bellum conficiunt, pecunia, & milite abundant Piſiſtratus Rex; ergo etc. Videtis horridum hoc, & ſpinoſum loquendi genus, in quo euidens eſt Enthymema-

enim communi ueluti quodam inter se uinculo sunt artes omnes, ac disciplinæ. Quare nō immeritò uetustas omnis existimauit his Apollinem præesse, quem etiam suæ artis authorem Medici agnoscunt. Nec uideo cur, qui unam tractare possit, etiam alias, si modo norit, ac didicerit, ipsi non liceat attingere. nō enim includi quisq; tam arctis finibus, ac circumscribi spatio ueluti quodā debet. excurrere per omnes disciplinas semper fuit unicuiq; liberum; nec satis scio unde hæc primùm hominū opinio inualuerit. Pisistratus Rex, qui ab omnibus sapiens est habitus, mirum non est, si magnas res gerere potuit, nihil enim temerè est aggressus unquam; is illud bellum in primis iustum, ac legitimum esse existimabat, quod à Græcis cum barbaris esset susceptum. Iam in tali sermone oratorio non perspicitis tam liquidò ipsa ὑπάρχοντα, aut figuram Enthymematum, utrunq; tamen est, ut in priore illo genere.

Aliud ego affero exemplum. Si commendaris aliquem alteri, quære ὑπάρχοντα, nā qui hæc non habet, mutus ut sit necesse est, nihilq; habet, quod dicat.

ὑπάρχοντα eius, quem commendamus.	ὑπάρχοντα eius, cui commendamus.
1 Bonus.	1 Iustus.
2 Mihi amicus.	2 Fautor bonorum.
3 Gratus.	3 Mei studiosus.
4 Causam iustam habet.	

Confice enthymemata aperta & euidentia. Sic. omnes boni uiri debent iuuari, ac subleuari, Antonius est uir bonus, ergo debet subleuari. Omnes uiri boni amant eos, qui sibi sunt amici, Antonius est uir bonus, ergo Antonius etc. Omnes qui grati sunt, digni sunt in quos conferatur beneficium, Antonius est uir gratus, ergo est dignus. sic in reliquis, iam si spinose loqui nolis, ita dicas. Quia scio te semper eo animo fuisse, ut nè miseros homines à potentibus opprimi patereris, omniq; studio eos subleuandos duxeris, non dubitaui pro tua singulari humanitate, quin libenter Antonij causam esses suscepturus, cum præsertim mei amantissimum esse intelligeres. Quare te oro, etc. Nam præterquàm quòd inopem ac miserum subleuaris, quod est tuæ humanitatis proprium, hominem mihi crede, bonum, gratum, & memorem beneficiorum tibi deuinxeris. Videtis quid ars efficeat Rhetorica, quidq; profiteatur; nam et enthymemata docet quo modo inuenienda sunt.

Ideo

Ideo est, ut ait Arist. lib. I. Rhet. περὶ τὸ πορίζεσθαι τοὺς λόγους, sicuti etiam dialectica, utraque enim docet inuenire τὰ ὑπάρχοντα, ut abundemus argumentis ad refellendum, uel probandum. Atque utinam praeclari isti magistri, qui has artes tradunt, non tàm essent occupati quaestionibus praeter rem tractandis, quàm usu artis demonstrando, et notando. Nam ut de Dialectice etiam aliquid dicam, cum praedicamenta, (quae simplicia Cic. uocabula appellat) sint uoces seiunctae, ex quibus postea pronuntiata (sic Cic. appellat) conficiuntur; omne autem pronuntiatum conficiatur ex subiecta dictione, & illa, quam praedicatam uocant. Nimirum, tam subiecta, quàm praedicata ex singulis classibus praedicamentorum ut sumantur est necesse. non nulla enim subiecta tantum sunt, non nulla uerò & subiecta, & praedicata esse possunt, nam hoc est illud, quod in antepraedic. (sic uulgò uocant) tradit Arist. cum ait alia dici de subiecto, alia inesse tantùm, alia & inesse & dici; nam homo, animal, quae substantia sunt secundae, et generales, tum subiecta esse possunt, tum praedicata. Atque haec quidem in Dialectice, quae in artibus, et scientijs tractandis operam ponit suã, sunt ὑπάρχοντα. nam Arist. lib. I. Topicorum ait ipsam circa tria problemata uersari, λογικά, φυσικά, & ἠθικά, quae scientiarũ sunt. In Rhetorice autem, quae ea omnia tractat, quae sunt extra omnem artem, & scientiam, ut Arist. ait lib. Rhet. I. non sunt ὑπάρχοντα scientiarũ, & generalia, qualia in dialectica sumpta ex illis 10. classibus, sed popularia è communi sermone desumpta. Ita uerò inter se distinguuntur Rhetorica, & Dialectica, quod paucos animaduertisse uideo apud Arist. tum in Rh. tùm in Topicis lib. I. Sed Rhetorice (ut redeam ad rem) hoc unum habet amplius ORNATUM. de quo Cic. lib. 3. de or. Ornatus autẽ omnis constat Figuris uerborum et sententiarum, amplificatione, & locis communibus. idem etiam in Or. Iam uerò hic ornatus facit, ut admirabilis oratio uideatur. haec excitat illas acclamationes auditorum, de quibus Cic. lib. de or. 3. Bene, praeclarè, bellè, festiuè. Non potest melius. Nec uerò temerè ornatus conspergitur per orationem, sed suis locis aptè. ut si pictor nasum hominis uiridem pingat, frontem nigram, dentes purpureos, risum praebeat. Ita etiam orator, si quo loco non oportet, ornatum, & colorem ponat, aut uerborum, aut sententiarum, aut numerorum ridiculus sit, parumq; aptè faciat,

morum & affectionum, siue perturbationum animi loquuntur. Atque hic sermo moratus & patheticus ab Arist. uocatur lib. Rhet tertio. eo autem non utuntur mathematici, neque philosophi, scientias enim tractant, in quibus nulla est expressio perturbationum, aut morum. Sed oratores, & pöetæ hoc genere utuntur, quia populariter loquuntur, sicuti homines uulgò solent in conuictu quotidiano. diuersus est autem sermo hic pro ratione affectuum. Arist. lib. Rh. 3. inquit. Irati hyperbolicè loquuntur, ita fert natura illius perturbationis. ergo in dicendo orator, si talem susceperit aliquando affectum, eodem modo loqui debet. Dolentes exclamant. Teren.

„ ô Cœlum, ô Maria, ô Dij. Indignantes imperfecto utuntur sermone.

„ Verg. Me ne incepto desistere uictam? Quare initium artis inueniendæ constituatur à nobis AFFECTIO. *hæc enim facit, ut hoc & illo modo homines loquantur, nam aliter dolentes loquuntur, aliter commiserantes, aliter laudantes, aliter reprehendentes, aliter irati. Et quia sermo conceptu constat, et uerbis, utrunque uariari erit necesse pro ratione affectus, et perturbationis. Sed conceptus, ἐννοίαι uocat Hermogenes, suas habet figuras pro ratione sui affectus desumptas illi deseruientes. Quare nos superioribus annis efficere studuimus, ut extaret aliqua ars huiusce rei; nam ex Rhetorum libris singula seligentes nomina, & secernentes suo loco reposuimus, ut quæ singulis affectibus essent accommodatæ cognosci posset. Ira igitur suas habet, Dolor itidem, Confidentia. Cõmiseratio. Indignatio, Metus. nec contenti illis, quæ fuerunt à Rhetoribus excogitata alia etiam noua certa cum ratione nomina protulimus, ut ars hæc tota augeretur & compleretur. Conceptuum sequitur figuras* VERBORVM *uariatio pro ratione itidem eiusdem affectus facta. sicut Arist. docet lib. Rh. 3. ubi περὶ τοῦ ἑλληνίζειν, nam postremo loco de morata, & pathetica oratione agit, quatenus uerba (hoc est enim ibi adnotandum) hæc, uel illa recipit, aut non recipit.* VERBA *uariantur suis Figuris. Sed non temerè id fit. uerùm pro conuenientia Figurarum Conceptuum, quæ præcesserunt. In uerbis autem uariatio fit, aut per Tropos, qui nu. 14. sunt, & si non omnibus utuntur oratores, aut per structuræ Figuras. qualia sunt antitheta. similiter desinentia, asyndeta, paria paribus relata. Nam conceptus hic per* FIGVRAM *hanc iræ, uel doloris prolatus, plures metaphoras, pauciores uè, plura antitheta, et ὁμοιοτέλευτα, aut pauciora, aut nulla etiam aliquandò habet. Huc accedit uariatio numerorum, quibus periodi clauduntur. nam hic conuenit dolori, ille iræ, alter commiserationi. Fit igitur series hæc, & cathena ueluti quædam.*

AFFECTIO.

AFFECTIO.

CONCEPTVS, *in quo sunt ὑπάρχοντα.* Enthymemata *an-autem ipsa & loci insunt in conceptu, & sanè etiam locorum Topicorum uariatio fit pro ratione Affectionis, ut antè diximus.*

F. CONCEPTVVM.
VERBA.
F. VERBORVM. *Seu Tropi.*
STRVCTVRA.
F. SRVCTVRAE.
NVMERVS.

Omnia uerò se se mutuò consequuntur, & quotiescunque mutatur Affectio, reliqua commutari etiam est necesse. Primum igitur quid sit illud, de quo loquitur Orator, uidendum. Deinde quomodo fuerit affectus. Hæc cum inueneris, non erit tibi postea difficile inuenire Figuram Conceptuum, Locos Topicos, Figuram uerborum, Figuram structuræ; Numerum denique ipsum, & demonstrare ipsarum conuenientiam, & sic artem redigere ad naturam; quod ab initio diximus esse faciendum.

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS.

De concipiendis rerum imaginibus.



VLTI *ueterum, non posse oratorem esse, nisi sit* εὐφαντασίωτος *tradiderunt, & quidem uerè; nam* φαντασία *est animi nostri uis, qua absentia, quæ ante uidimus, contemplamur, & consideramus æquè, ac si essent præsentia. Plurimùm igitur afficit, ac perturbat, quia à sensu proficiscitur, & rerum absentium imagines refert, atque subijcit, ita ut cernere eas uideamur. Ex hac facultas quædam oritur in oratore, pöeta etiam, quæ ab antiquis Rhetoribus* δείνωσις *uocatur, de qua Aristoteles lib. 2. Rhet. & Quintilianus li. 6. cap. 3. ea autem facit res atroces uideri, & graues dicendo; addit itidem uim rebus per se indignis, asperis, & inuidiosis. Nam quædam grauia per se sunt, quædam non sunt. & quidem quæ non sunt, fiunt dicendo grauia, & atrocia, ea uerò quæ sunt, maiora fiunt, quàm sunt; & quidem tribus modis, aut collatione, aut* ἐνάργεια*, aut ratiocinatione. Collatione, duplici modo, aut maximorum malorum, quæ minus grauia uidentur. & locus est. Grauissimum malum præ illo felicitas est; aut minorum malorum, quæ ipsa grauissima sunt. & locus est. Grauissimo grauius, ut pulsare patrem, grauissimum; sed uulnerauit, quod est grauius. Ratiocinatione, hoc modo, ut infamiam esse deteriorem morte; & maledictum maius uulnere. Nec uerò tam inseruit hæc methodus oratoribus ad res atroces, & asperas faciendas, sed etiam ad dulcia, læta, iucunda, pulchra, & turpia; atque alia huiusmodi. Ego hæc hactenus ferè omnia, & si aliquantò apertius exposui, ex Quintiliano. Facit* φαντασία *hæc concipiendi imagines rerum absentium, ut nos eorum simus similes, qui uerè patiuntur, & affecti sunt. Qui uerè autem patiuntur, & affecti sunt, ij tandem mouent auditorem, seriò. n. agunt, non frigidè, & simulatè. Sex autem sunt effecta & consequentia huius affectionis, quæ singillatim recenseo; Facit primùm ut* παθητικῶς *loquamur; quid autem hoc sit, declarat Aristoteles lib. 3. Rhetoricorum; Alterum, quod facit, est,*

cit, est, ut ἀνάλογον rebus loquamur, de quo idem Aristoteles li. eodem 3. Rhet. Tertium est, quod inde prouenit, ut ἠθικῶς. i. moratè loquamur, sicuti idem Aristoteles ibidem declarat, & post, ubi de narratione morata loquitur; eorum enim oratio dicitur morata, in qua cernitur προαίρεσις. Tria hæc non tantùm efficere studet orator, sed etiam pöeta, omnisq; laus ornate et apte scribendi in eo posita est. Ἀναλογία uerò tribus conficitur,
„ *uoce, uultu, & uocabulis, siue dictionibus. Quale illud. Infixum stridet sub pectore uulnus. de re.n. atroci, & aspera loquens, uerba quoque aspera accommodata rei selegit, quæ si pronuncientur aptè, & uox, & uultus itidem asperitatem præsferent. Tale & illud, nam habet ἀνα-*
„ *λογίαν, de qua loquor. Fœmineo ululatu & illud. Natumq; patremq;*
„ *extinxem, perpende asperitatem in eo uerbo, extinxem, et crebritate illius coniunctionis; Itidem dictiones in. m. desinentes. ac demum in posteriore. tr. unde asperitas oritur accommodata rei. Ideò maxime laudandus Halicarnasseus, qui tàm exquisitè in lib. περὶ συνθέσεως naturam singularum literarum, & syllabarum iuncturam perpendit ob id ipsum, quod sciebat oratori esse necessarium. Quartum, quod facit φαντασία illa est, ut abundemus metaphoris, sine quibus illustrari non potest oratio ab oratoribus; quod itidem de pöetis dictum uolo. Nec uerò temere disperguntur per orationem, sicuti neq; colores à pictoribus, sed suis locis aptè, quoties est opus, et quot oportet. Metaphoræ autem, quæ per analogiam fiunt, et quarto genere collocantur ab Arist. lib. Rh. 3. & in lib. de arte pöet. ubi de dictione loquitur; ex similitudine ducuntur; at similitudines nulli in mentem uenire possunt, nisi prius imagines rerum, motionumq; omniũ conceperit, quæ secundum naturam, & artem fiunt. Sextum, quod inde consequitur est, ut luminibus utamur sententiarum, uerborum, structuræ, & numerorum aptis; respondent. n. hæ omnes rebus ipsis; si uel asperæ, uel lenes, uel atroces, uel huiusmodi fuerint, de quibus loquimur. Nunc, postquàm huius rei utilitas exposita fuit, consequitur, ut doceamus, quomodo parari possit. Paratur ista phantasia in nobis usu, & exercitatione, inspectando, & perpendendo naturam singulorum affectuum, et singularum rerum; et simul*
„ *comparando. Quale illud. Et pontem indignatus Araxes; quomodo pöe-*

,, & illud. Obstipui, steteruntq; comae, & uox faucibus haesit. quae nunquam tàm apte protulisset, si non obseruasset in natura dolentium, & metuentium talia. Assuescendum igitur cogitandis urbium expugnationibus, & quae in ijs accidunt. itidem proelijs, comitijs, contentionibus, fabris aedificantibus, nautis parantibus se ad nauigationem, cursoribus, luctatoribus; mari, procellae, uentis, turbinibus, serenitati, fluuijs, & quae in ijs sunt, & fieri solent, tùm per se, tùm conferendo cum actionibus hominibus, ut inde metaphorae desumi possint, & similitudines. Per se autem, ut ipsa aptè describamus. Ideo praeclarè dictum est à Longino Rhetore insigni, finem Phantasiae huius oratoriae esse ἐνάργειαν. Hoc qui aptè facit, dicitur ἐνφαντασιωτὸς. Oratores autem, & poëtae tales oportet ut sint. atque ob id Longinus idem Euripidem inprimis laudat, quòd exprimit exquisitè perturbationes amoris, & insaniae. quod etiam factum esse asserit ab Homero, AEschylo, Sophocle, & alijs, qui clari fuerunt in eo genere scribendi. Quid ego dicam de Vergilio nostro, et Cicerone? quorum uterq;, tanquam penicillo, singula describit, tàm diligenter omnia animo conceperant, quae in omnibus rebus insunt, & fiunt siue à natura, siue ab arte. Tantam uerò habet uim talis oratio, cum sit pathetica, et morata; ut non solùm dici possit (utar Longini uerbis) πείθειν τὸν ἀκροατὴν, ἀλλὰ καὶ δουλοῦσθαι. Qui ita loquitur, is excutiet lacrymas, is excitabit gemitus, & suspiria in animo auditoris. Haec uerò non tantùm confert grandi orationi conficiendae, sed etiam tenui, et illi deprimendae, atq; huic extollendae. nam qui grandem faciet ex tenui, concipiet imagines rerum magnarum, quae cum paruis ἀναλογίαν habeant, ut Vergil. lib. 4. Georg. ubi de apibus, tanquam de populis Regi parentibus loquitur; Qui uerò ex grandi tenuem, è contrario.

*